

MISSA GOTHICA
SEÙ
MOZARABICA,
ET
OFFICIUM
ITIDÈM
GOTHICUM
DILIGENTÈR AC DILUCIDÈ EXPLANATA
AD USUM PERCELEBRIS
MOZÁRABUM SACELLI
TOLETI Á MUNIFICENTISSIMO
CARDINALI XIMENIO
ERECTI;
ET IN OBSEQUIUM
ILL^MI^. PERINDÈ AC VENERAB.
D. DECANI ET CAPITULI
SANCTAE ECCLESIAE TOLETANAE,
HISPANIARUM ET INDIARUM PRIMÁTIS.

ANGELOPOLI:
Typis Seminarii Palafoxiani Anno Domini
M. DCC. LXX.

Josiah H. Benton
Jan. 26, 1940
H



HAEC tibi Πενταδεκας Τετραγωνον respicit illud
Hospitium Petri & Pauli terquinque dierum;
Nàmque Instrumentum vetus Ἑβδοας innuit; Octo
Lex nova signatur; Terquinque receptat utrumque.

Jphus. Nava sc. Angelopoli.

ESTOS quatro Exametros que se leen en la Portada de la

Biblia Complutense contienen ingeniosamente el mysterio, que asi en el numero de los dias, como en la significacion de las Personas, se halla en aquellos quince dias que San Pedro y San Pablo estuvieron juntos en Jesusalen; Envuelven tambien con agudo énfasis la estructura del Escudo de Armas del Eminentisimo Señor *DON FRAY FRANCISCO XIMENEZ DE CISNEROS*, por cuya disposicion y esmero se formò y saliò à luz la dicha celebrada Biblia; dandonos por ventura à entender en la memoria de San Pedro y San Pablo lo mucho que ayudaron de Roma à esta Obra con la remesa de muy preciosos Manuscritos, y probando con alusiones sutiles ser tan propia del grande Espiritu del *SEÑOR CISNEROS* aquella edicion que meditò de la Sagrada Biblia, que hasta el Escudo de sus Armas ô lo que se llama Stemma gentilicio, la estaba representando.

Siguese la Interpretacion de los quatro Exametros.

(1) *Pentádecas.*
(2) *Tetragónon.*

H*AEC tibi* Πεντάδεκας (1) Τετράγωνον (2)

Los quince cuerpos quadrados del Tablero de este Escudo (A): *Respicit illud Hospitium Petri & Pauli terquinque* die-

(A) *Pentádecas* termino Griego: Nominativo de *Pentádecas*, *Pentadécados*, que significa el número de quince, porque se compone de *Penta* que significa cinco, y *decas* que significa diez. *Tetragónon* tambien Griego es Genitivo de plural de *Tetragónos*, *Tetragónu* que significa Cuerpo que tiene quatro ángulos, ò Cuerpo quadrado.

dierum: Te ponen delante aquellos quince dias que estuvieron juntos en Jerusalen San Pedro que predicaba á los Judios ô à Los de la Synagoga, y San Pablo que era el Apostol de los Gentiles ô de Los que havian de componer la Iglesia (B). (3) *Nàmque Instrumentum vetus Εβδοας innuit*: Porque el numero siete y de consiguiente los siete quadrados de un color que hai en este Escudo, significan à la Ley Antigua ô al Viejo Testamento (C): *Octo Lex nova signatur*: El numero ocho ô los ocho quadrados de otro color significan à la Ley de Gracia ô al Testamento Nuevo (D): *Terquinque receptat utrumque*: Y el numero quince ô los quince quadrados juntos lo contienen tòdo (E); Esto es, son figura del Antiguo y Nuevo Testamento, que salen à la luz pública en la Biblia Complutense à expensas y por el incompa-

(B) Paul. ad Gal. Cap. I. V. 18. „ Veni Jerosolymam vidêre Petrum, & mansi apud „ Eum diebus quindecim. „

(3) *Ebdoas*.

(C) *Ebdomas* significa en Griego el número de siete, y pusieron *Ebdoas* por contraccion ò syncope, ò por licencia poetica para que estuviera el Verso mas suave; Así lo acostumbraban en todos los Dialectos, Atico, Jónico, Dórico y Eolico, supriniendo alguna letra aún en medio de la diccion, y â veces quitando alguna sylaba.

(D) S. Geronymo sobre aquellas palabras del Ecclesiastès al Cap. II. V. 2. „ Da „ partem septem, nècnon & octo. „ Dice que el número de siete significa à la Synagoga, ò â la Ley Antigua ò al Viejo Testamento; Y el número de ocho, que es mas perfecto, significa â la Iglesia, ò â la Ley de Gracia ò al Testamento Nuevo: Lo mismo afirma en el Libro contra Lucifer. con S Agustin en la Epist. 55. num. 23. de la nueva Edic. y con Olymp. y Salon citados por Calmèt: No se aparta de èsto S. Greg. Lib. 35 Moral. ni S. Ambros. in Luc. Lib. 6. num. 40

(E) Vease lo que dice Santo Thomás en la Exposicion â la Epist. ad Gal. Cap. I. V. 18. y se hallaràn en la Lecc. 5. las siguientes palabras: „ Dicit diebus quindecim quia numerus „ iste componitur ex octo & septem; Octenarius autèm est numerus Novi Testamenti „ in quo expectatur octava Resurgentium: Septenarius autèm est numerus Veteris Testamenti quia celebrat septimam diem: Mansit „ autèm apud Petrum diebus quindecim conferens cum Eo de mysteriis Veteris Testamenti & Novi.

pa-

parable esmero del nunca bastantemente alabado *HEROE EL EM*^{MO}*. S*^{R}*. D. FRAT FRANCISCO XIMENEZ DE CISNEROS* de quien es este Escudo.



EXPLANATIONES
UNIVERSAE,
APOLOGIAE,
AC
DILUCIDATIONES

QUAE IN HOC TOMO CONTINENTUR,

Elaboratae & perpolítae fuerunt

AB ILL^MÔ.

D. D. FRANCISCO ANTONIO LORENZANA,

OLÌM SANCTAE ECCLESIAE TOLETANAE,

Hispaniarum & Indiarum Primátis, Canonico, atque Dignitate Abbatis

Sancti Vincentii ibi functo,

In praesens verò

ARCHIEPISCOPO MEXICANO,

CUI ETIAM SUAM OPERAM ADJUNXIT

EJUS FIDUS AMICUS

ILL^MUS.

D. D. FRANCISCUS FABIAN ET FUERO,

PRAELAUDATAE TOLETANAE ECCLESIAE

Quondàm Canonicus, eademque Sancti Vincentii Dignitate decoratus,


Nùnc autèm

EPISCOPUS ANGELOPOLITANUS.




Liber uterque in ignem proiecti.
Romanus ex igne prosiliit.
Gothicus sub flammis illæsus.

ILLME. DOMINE.



E ORIGINE ET ANTIQUITATE OFFICII Muzárabum & Liturgiæ, quæ Hispanica, Gothica, Isidoriana & Toletana passìm nuncupatur, plures Sapientissimi Viri tàm Exteri, quàm Nostràtes disseruere; Ob id mihi omnium minimo cura non est longam de re tàm difficili & obscura intéxere Dissertationem, aut varias recensére Opiniones magis ejus antiquitati faventes, & Hispano Honori consulentes, sed unicè dubietates aufugiam, falsa devitabo, & quod ab omnibus pro comperto habetur, proponam. Hoc á me ut debitum exigit Benignitas Vestra, Dignitatis Celsitudo, & Studium sartum tectum conservandi ordinem, quem tàm in Sacra Liturgia, quàm in Officio Muzarabes observant.

Aliqui non absque fundamento originem Officii Muzarabici referunt ad tempus Sancti Torquati, & aliorum sex Antistitum, qui á Beatissimis Apostolis Petro & Paulo, ad illustrandam Hispaniæ Gentem missi fuerunt; cæterùm in hoc non sistendum, siquidèm, Utut sit, veritas dubitare non patitur per tria prima Ecclesię sæcula Hesperiam nostram quam plurimis Sanctis Præsulibus fuisse decoratam, qui Sacrum faciebant, Horas Canonicas, prout tempus & persecutionis rabies sinebat, DEO persolventes.

MISSA profectò omni tempore, ut constans docet Ecclesiæ universalis Traditio, Oblatione, Consecratione & Sumptione ubique Gentium constabat, tantùm in Precibus, earum ordine, & numero differens; Nam licèt Sanctis Apostolis, eorum Discipulis, Sancto Justino, & aliis Sanctis Patribus primi & secundi sæculi de substantia Sacrificii inter se conveniret, & omnes eorum Preces in Dei Cultum & Gratiarum actionem tenderent, eis integrum erat, Orationes sacras componere; sicque variæ Liturgiæ etiam sequentibus sæculis á Sanctis Basilio, Chrysostomo & Ambrosio, si non in toto, in parte exornatæ agnoscuntur.

Inficiari igitur nequit tót Antistites trium priorum sæculorum, Fundatores & Patronos Ecclesiarum Cathedralium Hispaniæ, Sanctorum Cathalogo á Sede Apostolica adscriptos, certam sibi formam in Sacro conficiendo constituisse, Preces sacras ordinasse, & Scripto posteris

ris tradidisse. Quam aucta res Christiana tribus primis sæculis hisce in Regnis esset, ex hoc uno conjicere possumus, sæviente scilicet Persecutionis procella non defuisse Episcopos, qui Concilio Illiberitano antè vel paulò post Pacem Ecclesiæ redditam, interessent, Magnumque Ossium Cordubensem Episcopum, ut Legatum Apostolicum Concilio præfuisse Nicæno, ipsiusque Imperatoris Constantini à Beato Sylvestro Catechistam fuisse deputatum: ¿ An verò Præclarissimus iste Vir ex tercentis decem & octo Patribus electus ut magno illi Concilio Formam & Regulas nomine Vicarii Christi præscriberet, aliisque in Conciliis Alexandrino, Sardicensi & Arelatensi summum locum præ omnibus obtineret, & Imperatorem rudimentis Fidei imbueret, in Hispania, ubi litteris instructus, & sacris initiatus fuerat, Lucernam sciens & prudens absconderet, & Prædecessorum vestigia, mente adhuc integra, respuens, Liturgiam eorumdem negligeret? Judicent æqui rerum Æstimatores.

Hoc in statu Hispaniarum Ecclesiæ per quinque sæcula permanserunt, ob idque Liturgia Hispanica primò denominatur; verùm sæculo quinto invadentibus Gothis, Wisigothis, Ostrogothis & aliis Septentrionalis Plagæ Gentibus universam ferè Europam, Ditioni Gothorum subjecta est Hispania, ejusque sacra Liturgia variis Errorum admixtionibus deformata, quoùsque anno D LXXXIX. Recaredus Rex Hæresim Arianam in Concilio tertio Toletano

co-

coram sexaginta duobus Episcopis abjuravit, & veram Fidem Catholicam professus est.

In hoc utique Concilio, & aliis subsequentibus, Disciplinâ Ecclesiasticâ in melius restitutâ annuentibus ad id Regibus Gothis, sacra Liturgia Gothica nuncupari cœpta est, & à mendis, atque defectibus, qui ab Arianis in eam invecti fuerant, purgatâ præsertìm operâ & labóre Sanctorum Fratrum Leandri & Isidori, quorum primus Amicitiâ fuit conjunctissimus Sancto Gregorio Magno, ex quo ambo Constantinopoli diutiùs conversati sunt, & secundus ob sua egregia Merita Vicarius Sedis Apostolicæ in Hispaniarum Regno fuit nominatus: Exindèque Officium Isidorianum cognominatum est, nomen sortîtum á suo, non Fundatore, sed præcipuo Reformatore & Elucidatore; quamquàm non diffitemur postmodùm plures Clarissimos Viros ut Sanctum Ildephonsum, Eugenium, Petrum Ilerdensem, & alios etiam huic Operi perficiendo adlaborasse.

Moribus Regum Gothorum corruptis, & Hispanorum peccatis Justitiam Dei exposcentibus anno DCC.XIV. Saraceni, seù Arabes Hispaniam occuparunt, & Christiani ab illis devicti & subacti jugum Mahumeticæ Dominationis per quatuor fermè sæcula miserè subiecrunt; Templa diruta sunt; Sacraque illis interdicta; In hac tantummodò Civitate Toletanâ pacta cum Mauris inita, ut licéret in quibusdam Ecclesiis, quæ sex usque hodiè enumerantur, cultum vero

Deo

Deo tribuere, & Sacra facere; Hac tempestate cum Catholici Arabibus in exterioribus humanæ Vitæ conviverent, illisque admixti essent, Officium Mixta-Arabicum, seù Mixta-Árabum, vulgò *MUZÁRABUM* appellatum est, cui denominationi fortè robur adjécit plures Árabum gregi Christianorum fuisse adscriptos; sàtque sit pro omnibus una Casilda Maurorum Regis Toletani Filia ad Fidem Catholicam conversa, ut ex hac Arbore bona, naturali excissâ Oleastro, & contra Naturam insertâ in bonam Olivam, dignosci valeat Evangelicæ Prædicationis fructus etiam tempore Captivitatis.

Succesit tandèm optata dies in qua, jugo Mahumeticæ Servitutis excusso, Toletum ab Alphonso VI. recuperatum anno M. LXXXV.; quod ubì in Potestatem Christianorum redactum est, cogitare sedulò cœpit idem Rex de amplificanda Religione, & Ritu Romano qui jàm in Galliis, aliisque in Partibus Hispaniarum admissus erat, hac in Civitate stabiliendo: Non defuere ad hunc finem assequendum (cui etiàm magnoperè intendit Sanctus Hugò Monachus Cluniacensis, & Legatus Apostolicus) non leves difficultates.

Toletani etenim Catholici, suo antiquissimo Ritui firmitèr adhærentes, renitebantur alium acceptare, adeò ut Rex Alphonsus veluti vi compulsus, suæque Genti & moribus illius Barbarici Sæculi connivens, permiserit duello inter duos Equites, unum Gallum ex parte Ritus Romani, alium Toletanum ex parte Muzarabici, controversiam

definiri: Referunt autèm non inferioris Notæ Authores Gallum Equitem devictum, & ob hoc deventum fuisse ad aliam non minùs exoticam probationem, ità ut duo Missalia igni traderentur, & quod illæsum remanéret, Toleti servaretur: Duobus itàque Missalibus in Rogum ardentem injectis, ajunt Romanum illæsum ex igne prosiliisse, Muzarabicum verò in ipso Rogo permansisse integrum: Ex quo conjectum est Voluntatem Dei fuisse Ordinem Romanum ubiquè observari, Muzarabicum autèm solùm certis in Locis hujus Regiæ Civitatis. Quidquid sit de præfatâ Narratione diversimodè ab Historicis factâ, res omnis cessit perindè ac si eventus & conjectura liquidò constitissent; nàm Ritus Romanus servari ubiquè præceptus est; Gothicus autèm sex Ecclesiis Parochialibus hujus Civitatis circunscriptus.

Hoc adhibito moderamine Officium Muzarabicum in dictis Parochialibus permansit usque ad tempora Magni Cardinalis Francisci Ximenii de Cisneros, Archiepiscopi Toletani, qui illud dolens ferè abolitum & obliteratum tàm injuriâ temporum, quàm defectu Manuscriptorum, nè Antiquitas periret, Viros Doctissimos undequàque adscívit, ut Codices perlégerent antiquos; Cunctis suo ordine collocatis novum Missale typis cudi mandavit; Capellamque suis sumptibus extruxit in qua quotidiè Missa & Officium á certo numero Capellanorum celebraretur.

Ex his autèm omnibus nomen huic Officio Toletanum índitum

fuit,

fuit, cùm quia diù viguit in hac Civitate, tùm quia Ritui Muzarabico nonnulla addita sunt ex Officio Toletano antiquo, quod à Civitate recuperatâ per Alphonsum VI. anno M. LXXXV. floruerat usque ad tempora Cardinalis Ximenii, annum videlicèt M. D. veluti Psalmus *Judica*, *Confessio*, *Salve Regina*, *Crucis Antiphona*, & alia partìm convenientia cum ordine Romano, partìm cum Toletano antiquo, qui licèt reverà esset Romanus, plurima in eo noscebantur propria ante novissimas Reformationes Concilii Tridentini, & Sedis Apostolicæ Decreta: Hæc est series Ritus Muzarabici, & ratio multiplicium Titulorum, quibus pro varietate temporum decoratus fuit: Nùnc ad propriora, ejusque partes sigillatìm enumerandas descendam.

Officium Muzarabicum incipit á Precibus Vespertinis, & constat sequentibus Horis: *Vesperis*, *Completorio*, *Matutinis*, *Laudibus*, *Aurorâ*, *Primâ*, *Tertiâ*, *Sextâ*, & *Nonâ*; In Vesperis nullus dicitur Psalmus, sed tantùm duæ *Laudes* & *Sonus*, ut vocant, *Antiphonæ*, *Hymnus*, *Supplicatio*, qua Presbyter Populum adhortatur ut à Deo, quæ illi sint placita, postulet, *Oratio* cum tribus *Orationibus Dominicis*, & *Benedictio*, quâ omnes Horæ præter Matutinum terminantur.

Completorium inchoatur á Psalmo *Signatum est super nos lumen Vultus tui Domine* cum tribus *Alleluia*; sequitur alius Psalmus cum trinâ repetitione *Alleluia*, alius cum *Hymno* & *Versu*; deindè Psalmus *Qui habitat in adjutorio Altissimi*; cui succedit alius Psalmus, deindè

alter

alter *Hymnus*, *Versus*, *Supplicatio*, *Capitulum*, *Pater noster* & *Benedictio*; ità ut *Completorium* quinque Psalmis constet, duobus *Hymnis*, *Versu*, *Supplicatione*, *Capitulo*, *Pater noster* & *Benedictione*.

Matutinæ Preces breves sunt, & constant *Oratione Dominicâ*, *Angelica Salutatione*, Antiphona *Ave Regina Cælorum* cum Versu & Oratione Beatæ Virginis, quà absoluta Sacerdos ait, *In nomine Domini Jesu-Christi lumen cum pace*; quibus verbis omnes Horæ præter Completorium inchoantur, & respondent illis, *Deus in adjutorium meum intende* Officii Latini; subsequitur Antiphona, Psalmus *Miserere*, postmodùm aliæ tres Antiphonæ cum uno *Responsorio*, & post quamlibet Antiphonam dicitur Oratio.

Laudes incipiunt ab Antiphona, quam subsequitur quoddam *Canticum* Veteris aut Novi Testamenti: Canticum *Benedictus Dominus*, &c.; solùm dicitur in Festo Sancti Joannis Baptistæ, & *Magnificat* tantummodò in Festis Beatæ Mariæ Virginis, & nocte Nativitatis Domini Nostri Jesu-Christi: finítis Cantico & Antiphonâ dicitur alia Antiphona, quam subsequitur Psalmus *Benedictus es Domine Deus Patrum nostrorum*; post hæc dicuntur *Sonus*, alia Antiphona, Psalmus *Laudate Dominum*, *Prophetia*, *Hymnus*, *Supplicatio*, *Capitulum*, *Pater noster*, *Laus* & *Benedictio*.

Aurora, quæ est una illarum Precum species, quæ tempore surgentis Auroræ in Feriis antiquitùs dicebantur ante Primam, &

prop-

propterea Capellani Muzarabes raro eâ in præsentiarum utuntur preterquàm in Vigilia Nativitatis Dominicæ, Epiphaniæ, & in die Cinerum; constat unâ *Antiphonâ*, quatuor *Psalmis*, *Laude*, *Hymno*, *Versu*, *Oratione Dominicâ* absque *Capitulo*, & quibusdam *Precibus*.

Prima constat unâ *Antiphonâ*, septem *Psalmis*, *Responsorio*, *Prophetiâ*, *Epistolâ*, *Laude*, *Hymno*, *Versu*, & deniquè dicitur *Te Deum laudamus*, *Gloria* & *Credo*: Quando in Sacro non dicitur *Gloria*, loco *Te Deum* succedunt *Symbolum Apostolorum*, *Supplicatio*, *Pater noster* & *Benedictio*.

Tertia constat *Antiphonâ*, quatuor *Psalmis*, *Responsorio*, *Prophetiâ*, *Epistolâ*, *Laude*, *Hymno*, *Clamoribus*, quibus á Deo exposcitur ut non juxta scelera puniat, *Supplicatione*, *Capitulo*, *Pater noster*, & *Benedictione*.

Sexta & Nona eodem modo quo Tertia recitantur, scilicèt quoad ordinem & numerum Psalmorum, sed differunt in substantia: In fine omnium Precum Muzarabes dicunt *In nomine Domini Nostri Jesu-Christi perficiamus cum pace*, respondetur: *Deo gratias*; quæ verba congruunt illis Officii Latini: *Benedicamus Domino*. Progrediamur ad Missam.



ORDO SERVANDUS AD MISSAM.



RDO SERVANDUS IN MISSA HIC EST: Primò Sacerdos dicit Psalmum *Judica me Deus*, cum *Confessione* & *Absolutionibus*, quæ omnia conveniunt, ut dicebamus, cum Officio Toletano antiquo, & veriùs Romano mixto cum Toletano, seù cum Cæremoniis, & Precibus peculiaribus quibus communitèr utebatur Ecclesia Toletana tempore Cardinalis Ximenii de Cisneros; subsequitur *Adoratio Crucis* desumpta necnòn ex eodem Officio antiquo Toletano, in Codicibus enim manuscriptis perantiquis Ritus Muzarabici numquàm hæc inveniuntur exarata, sed á prædicto Cardinali Ximenio Missali Muzarabum inserta sunt, fortassè quia jam Muzarabes ex Toletano aliquid sibi mutuaverant.

Post *Crucis adorationem*, & *Adjutorium nostrum* &c., legitur *Introitus* ad modum Officii Romani, dicitur *Gloria* & *Honor* &c., sequitur *Oratio*, dictoque *Per Misericordiam tuam* &c. legitur *Prophetia*, posteà *Psallendum*, quod respondet Graduali Officii Latini; eo absoluto legitur *Epistola*, posteà *Evangelium*, quo finito dicitur *Laus* seù

Lau-

Lauda, & *Alleluia*, respondentes Versiculo Alleluia qui canitur in ordine Romano ante Evangelium.

Dùm Evangelium legitur apponitur in cornu Epistolæ Libellus manuscriptus, quem vocant: *Omnium offerentium*, sic dictus ex illis verbis Orationis *&* *omnium offerentium*, continens Orationes communes Sacrificii, & in Officio Latino appellatur *Ordinarium Missæ*: Post hoc subsequuntur *Oblatio Hostiæ* & *Calicis cum Orationibus*; statim profertur *In Spiritu Humilitatis*, deincèps *Adjuvate me Fratres* &c., quæ verba respondent illis Officii Latini *Orate Fratres*: Consequitur *Sacrificium* æquívalens Antiphonæ Offertorii in ordine Romano.

Hucùsque perdurabat Missa Cathecumenorum, id est, donèc fieret oblatio, & quia jubebantur abesse dùm reliqua fiebant, idcircò dicit hìc Missale Muzarabum *Incipit Missa*.

Dehìnc ergò priùs dicitur quædam Oratio, quæ *Missa* vocatur, deindè alia, posteà Celebrans adiicit: *Offerunt Deo Papa Romensis* &c., in quo peculiaritèr est notandum primò Vicarium Christi ut Caput visibile Ecclesiæ primo loco nominari; secundò asseri hoc ipso ordine esse digniorem offerentem infra Christum; tertiò Unitatem & Communionem Catholicæ Ecclesiæ in uno Capite, & in eodem Sacrificio his verbis profitéri.

Subjungitur posteà: *Facientes Commemorationem* &c., *in Laudem Beatissimæ Virginis*, *Apostolorum* & *Martyrum*, in quo observandum

non

non fieri mentionem Sanctorum Confessorum, quia primitùs usque ad Sanctum Martinum non colebantur ut Sancti, nisi Martyres. Post præfatam Martyrum Commemorationem dicitur; *Item pro Spiritibus pausantium* &c., & fit mentio quorumdam Sanctorum Hilarii, Ambrosii, Athanasii, Martini, Augustini &c., & quorumdam Præsulum Toletanæ Sedis, & aliarum Hispaniæ ante & post Maurorum incursionem, & in fine Archiepiscoporum Toletanorum post Civitatem á Mauris recuperatam, ut Bernardi, Raymundi &c. Observandum itidèm venit, ut vitetur Scrupulus, hoc secundum non esse *Memento* pro *Defunctis*, istud namquè fit post consecrationem ut in Romano, sed tantummodò honorabilem memoriam [ut contingebat in his, quæ *Dipthica* nuncupabantur] in primis Benefactorum, & insimùl Doctorum Ecclesiæ Universalis, ut Athanasii, Ambrosii, Augustini, &c. Deindè Benefactorum Ecclesiarum Hispaniæ, ut Fulgentii, Leandri, Isidori, &c. Deniquè Benefactorum Ecclesiæ particularis Toletanæ, ut Bernardi, Raymundi &c., ità ut illis, qui Sanctorum albo sunt adscripti, proficiat ad Honorem; aliis autèm ad Salutem; seù veriùs & propriùs ex intentione Muzarabum in Beneficiorum recognitionem.

Oratio subsequens appellatur: *Post Nomina*; & rectè, scilicèt post nominatam Beatissimam Virginem, Apostolos, Martyres, & Benefactores Ecclesiæ Universalis & Particularis, majoris Meriti & Dignitatis.

Alia

Alia Oratio inscribitur *ad Pacem*; quia Pax petitur, & datur á Sacerdote in Officio Muzarabico ante consecrationem hisce verbis: *Habete osculum pacis*; eâ ratione ut unione & charitate solidati, apti sint sacrosanctis Mysteriis Dei; & quia tempore, quo Hæretici & Schismatici Ecclesiam Dei dilacerabant, perpriùs in pace & charitate Catholici sociabantur ad sacrosancta Mysteria conficienda.

Inlatio est idem ac præfatio ad Populum in ordine Romano, & in ea Populus monetur circa Mysterium, aut Vitam Sancti, cujus Festivitas celebratur. Dicitur *Inlatio* quasi illatio ex anteactis ad ulteriora & occultiora Sacrificii peragenda: Concluditur *Inlatio* cum Trisagio SANCTUS, SANCTUS, SANCTUS, quod idem est ac Chori responsio AGYOS, AGYOS, AGYOS.

Deìn dicitur quarta Oratio *Post Sanctus* nuncupata; & Sacerdos inchoat sacrum Canonem illis verbis: *ADESTO JESU BONE* &c. Statim consecrat, hodiè verbis quibus Ecclesia Romana utitur, ante tempora verò Cardinalis Ximenii de Cisneros verbis quæ infrà apponentur in Missa: Elevatur Hostia, deindè Calix coopertus cum *Filiola* (sic eam vocant;) factâ elevatione recitatur Oratio, quam inscribunt *Post pridiè*; ità fortassìs denominata, quia licèt non proferantur illa verba Officii Romani *Pridiè quàm pateretur*; attamèn in idem récidit *In qua nocte tradebatur*. Orationem *Post pridiè* subsequuntur illa verba

Te præstante sanctè Domine &c., quæ conveniunt cum illis *Per quem hæc omnia Domine sempèr bona creas* &c. in ordine Romano.

His peractis accipit Presbyter Corpus Domini de Paténa, & ponit super Calicem dicens: *Fidem quam corde credimus, ore autèm dicamus;* Tùnc élevat Hostiam ut videatur á Populo, & illicò dicitur *Symbolum Constantinopolitanum*, ut apparet ex Decreto Concilii tertii Toletani Cap. 2. ubì præcipitur Symbolum Fidei Concilii Constantinopolitani decantari in Missa priusquàm Oratio Dominica recitetur, ut & Fides vera manifestum testimonium habeat, & ad Christi Corpus & Sanguinem prælibandum pectora Populorum Fide purificatâ accédant. Hìc etiam observare oportet Fidei professionem non importunè fieri Sacerdote manibus tenente verum Corpus & Sanguinem Domini nostri Jesu-Christi; cui non absimile quidpiam occurrit in Ritu Romano cum Presbyter sacro Viatico refecturus Ægrotum, verum Corpus & Sanguinem Christi manibus accipiens eum reverentèr éxcitat ad Fidei publicam professionem erga sacrosancta Catholicæ Ecclesiæ Sacramenta.

Symbolo recitato frangit Hostiam eam dívidens in novem partes, quas cóllocat super Paténam ordine præscripto in Rotis, ut infrà designabitur, *á Corporatione* seù *Incarnatione* usque ad *Regnum*, quæ est ultima. *Apparitio* est idèm ac Epiphania; cætera intellectu sunt facilia: Particulæ collocantur in formam Crucis Christi, & ob hoc in Missali Muzárabum

sunt,

sunt, extra & ultra Rotas, Particulæ *Gloria* & *Regnum*: O! si addiscere possémus à Sanctis Præsulibus, qui primi hanc introduxerunt formam eas collocandi in Paténa, Rationes quibus ad hoc moti fuerunt, quot Mysticas significationes assignarent! Fas sit aliquas conjectari; Primam, quia licèt Hostia in tot partes dividatur, unus & idem Christus crucifixus verus & íntegra in omnibus & in qualibet earum repræsentatur; Secundam, incipiendum esse in fractione & collocatione á *Corporatione*, quia Incarnatio Verbi fuit principium nostræ Salutis, & in *Resurrectione*, quæ est Particula qua ultimò Brachium Crucis efformatur, consummatio Passionis, & nostræ Redemptionis designatur; adjiciuntur aliæ duæ Particulæ *Gloria* & *Regnúm* non circunscriptæ Rotis, ut credamus Christum ad dexteram Patris victórem Mortis sedére, & Regnum ejus in sæcula sæculorum perdurare; In Sumptione íncipit Sacerdos à Particula *Regnum* ad cujus fruitionem Homo fuit creatus, & ultimo loco sumit Particulam *Corporatio* ad ostendendum Deum esse Alpha & Oméga, Principium & Finem omnium rerum, & omnia Mysteria Incarnationis, Vitæ, Passionis, Mortis & Resurrectionis Christi propter nos Homines, & propter nostram Salutem mirabilitèr fuisse ordinata: Tertiam deniquè, ut innuatur *Gloriam* & *Regnum* Christi nèc loco, nèc tempore circunscríbi.

Post fractionem Hostiæ dicit Sacerdos voce intelligibili *Memento pro Vivis*, & omnes Fideles Christianos, præcipuè verò illos qui Sacro in-

intersunt, Christo commendat, quin propter hoc excludatur mentalis recordatio eorum pro quibus offertur ante consecrationem; Succedit deindè *Capitulum* seù *Præfatio* ad Orationem Dominicam, qua dictâ Pectus percutit ad illa verba: *Pone Domine finem peccatis nostris*, quæ consonant his: *Nobis quoquè Peccatoribus* in ordine Romano: Posteà accipit Particulam *Regnum*, & in quibusdam temporibus scilicèt à Paschate usque ad Pentecostem, & in Festo Corporis Christi, manibus eam tenens super Calicem tèr canit illa verba: *Vicit Leo* &c. quibus Christo triumphatori Mortis gratulatur.

Confestìm Sacerdos hortatur Populum *Ut se humiliet Benedictioni*, quam impertit cùm tribus Petitionibus ordinariis, ut dictum est in Horis Canonicis; & quod hoc loco impartiatur in Missa Benedictio próvenit ex Concilio quarto Toletano Cap. 18. Præside Sancto Isidoro, ubì decernitur Benedictionem Populo dandam post Orationem Dominicam, & posteà Sacramentum Corporis & Sanguinis sumendum.

Absolutâ Benedictione subsequitur Oratio quæ vocatur *Ad Accedentes*, nàm in ea monentur Fideles, ut majori qua possint devotione, ad illam cœlestem Mensam accédant: His finitis Sacerdos accipit Particulam *Gloria*, quæ est major cæteris in quantitate, & eam tenens manu super Calicem dicit: *Memento pro Mortuis*, quo peracto profert illa verba: *Ave in ævum sanctissima Caro Christi*; sumit posteà

tcà Particulam *Gloria*, cæterasque omnes ordine illò penitùs mutato quo fuerunt positæ in Paténa, ità ut ultima in sumptione sit *Corporatio* quæ fuit prima in fractione.

Ultima pars Missæ est *Oratio post Communionem* cum sequentibus usque ad :: *Solemnia completa sunt*; quibus verbis loco *Ite Missa est* Populus dimittitur in Festis solemnioribus, in minùs autèm solemnibus dicitur: *Missa acta est in nomine Domini Nostri Jesu-Christi, perficiamus cum pace.* Finitâ Missâ Sacerdos in medio Altaris flexis genibus récitat Antiphonam *Salve Regina* cum Versiculis & Oratione juxta Ritum veterem Toletanum; erectus deindè osculatur Altare, & postquàm hæc prótulit verba *In unitate Sancti Spiritus*, vertit se ad Populum illum benedicens his quæ sequuntur: *Benedicat vos Pater & Filius*; ubì notari utique debet Sacerdotem in Missa Muzarabica numquàm vertere se ad Populum nisì quando fit Offertorium & hanc ultimam largítur Benedictionem.

Cæterùm non leve etiam foret modò piaculum, ut mihi quidèm videtur, sequentem hâc de re non injucundam prætermittere narrationem: Nostris fermè Temporibus cum Potentissimus, Oculatissimus, & æternæ memoriæ Noster Catholicus Rex PHILIPPUS V. in eâdem Muzárabum Capella Missæ Sacrificio summâ animi attentione & devotione adesset, animadvertit, cum verba immediatè præcedentia non audisset, Sacerdotem facie ad faciem Populum benedi-

centem ista solummodò proferre: *Benedicat Vos Pater & Filius*; ¿Quid ergò? reposuit illicò Magistro Cæremoniarum ibì penes Regem Pientissimum & Perspicacissimum genuflexo, Quid ergò? ¿Ubì est Spiritus Sanctus? ¿Cùr in hac Benedictione de tertia Sanctissimæ Trinitatis Persona nulla mentio? Cui cum Magister, SERENISSIME DOMINE, non hìc excluditur, immò verò nèc siletur *Spiritus Sanctus*; Presbyter enim cum jamjàm proximè se accingit Benedictioni, hæc fatur versus ad Altare: *In unitate Spiritus Sancti*..... prosequiturque versus ad Populum, & cum benedicens, *Benedicat Vos Pater & Filius*: Quo audito ipse Religiosissimus Princeps acclamavit.

Simile quidpiam occurrit in Angelico Præceptore Divo THOMA AQUINATE, qui (*) sibimetipsi objiciens illud quod ab Ecclesia canitur in Hymno Angelico *Gloria in Excelsis Deo*, nempè: *Tu solus* ,, *Altissimus, Jesu-Christe*, sic satisfacit: Non dicimus absolutè quod solus ,, Filius sit Altissimus, sed quod solus sit Altissimus *cum Spiritu Sancto in* ,, *Gloria Dei Patris*.,, Non plùs ultrà. Aplaudite.

(*) D. THOM. 1. Part. Quæst. 31. Art. 4. ad 4.

Nimis longum esset disserere de quibusdam notatu dignis in Officio Muzarabico, tàm in Adventu & Quadragesima, quàm aliis diebus per anni decursum; Indicare sufficiet quasdam Rubricas peculiares in Dominicis Adventus & Quadragesimæ, in quibus immediatè incipit sacrificium á Prophetia, & leguntur duæ vel plures: Feriæ Quadragesimæ eodem fermè ritu gaudent quo Dominicæ; In Missa

de-

demùm pro Defunctis dicitur Introitus cum *Alleluia* habito præcissè respectu ad ejus sensum *Laudate Deum*; Tempore autèm Quadragesimæ dicitur alius Introitus sine Alleluia, & aliæ Rubricæ speciales servantur.

Hæc omnia accuratissimè pertractantur á Sapientissimis Cardinalibus Bona, Aguirrio qui & transcripsit Missam in Festo Sancti Jacobi ex Missali Muzárabum, necnòn & á Clarissimis Ermundo Marténe, Joanne Pinio & Aliis, qui typis edidérunt Officium sivè ex Codice Veronensi, sivè ex Missali & Breviario Muzárabum; Verùm si conferantur cum Missa & Rubricis á me omni curâ & diligentiâ nudè transcriptis & infra ponendis, collectis ex Missali variis in locis, (sparsæ etenìm in Festivitatibus inveniuntur, non in unum titulum generalem coadunatæ) prævioque frequenti tractatu cum Sacerdotibus Muzarabicis, non modica apparebit differentia ex eo proveniens, quia nemo tot Doctissimorum Virorum præsens fuit Sacrificio ipsi ejusquè Cæremoniis, etiàm in sicco faciendis, ut mihi curæ fuit, nè offenderem oculos vestros acutissimos, & ut unico intúitu posset Amplitudo vestra totum ordinem, Liturgiamque Muzarabicam circuǹspicere.

Hoc autèm significandum putavi, ILLME. Domine, me omnia quæ ad Dignitatem vestram, Laudes & Obsequium pertinére arbitrabor, studiosè sempèr diligentèrque curaturum.




PRÆPARATIO MISSÆ.

Quando præparatus sit Sacerdos ad Missam celebrandam ingressus ad Sacrarium lavet manus dicendo:-:

OREMUS.

ORATIO.

Argire sensibus nostris quæsumus Domine Omnipotens Pater; ut sicùt exteriùs inquinamenta manuum abluuntur, sic per te mentium sordes misericorditèr emundentur, & crescat in nobis augmentum sanctarum virtutum. Per Christum Dominum nostrum.

Posteà flectat genua coram vestibus, & dicat quatuor Ave Maria. Et de intimo corde commendet se Gloriosæ Virgini MARIÆ, ut offerat illud acceptabile Mysterium Deo Patri & Filio & Spiritui Sancto; & ut ipsam in hoc Sacrificio mediatrícem & adjutrícem habeat. Deindè muniat se signo Crucis, & super quamlibet Vestem dicat: In nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus Sancti. Amèn.

AD AMICTUM.

ORATIO.

POne Domine Galeam salutis in capite meo ad expugnandas & superandas omnes diabolicas fraudes; omniumque inimicorum meorum sævitiam superandam. Per Christum.

AD

AD ALBAM.

ORATIO.

INdue me Domine vestimento salutis, ac tunica justitiæ & indumento lætitiæ circunda sempèr. Per Christum.

AD CINGULUM.

ORATIO.

PRæcinge Domine Cingulo Fidei, & virtute castitatis lumbos mei Corporis, & extingue in eis humorem libidinis, ut jugitèr maneat in me ténor totius castitatis. Per Christum.

AD MANIPULUM.

ORATIO.

MErear quæso Domine deportare Manipulum justitiæ & ferrè cum patientia, & illud cum exultatione deferendo cum tuis Sanctis portionem accipiam. Per Christum.

AD STOLAM.

ORATIO.

REdde mihi Domine óbsecro Stolam immortalitatis quam perdidi in prævaricatione primi Parentis; & quia cum hoc ornamento quamvìs indignus accedere ad tuum sanctum præsúmo Mysterium, præsta ut cum eodem lætari merear in perpetuum. Per Christum.

AD CASULAM.

ORATIO.

JUgum tuam Domine suave est, & Onus tuum leve; præsta ut sic illud deportáre valeam, ut cónsequi possim tuam gratiam. Per Christum.

Postquàm Sacerdos sit indutus dicat hoc ℟. Pater peccavi in Cœlum & coram te, jàm non sum dignus vocari Filius tuus. Fac me sicut unum de Mercenariis tuis. ℣. Quanti Mercenarii in Domo Patris mei abundant Panibus, ego autèm hìc fame pereo: Surgam & ibo ad Patrem meum, & dicam ei: P. Fac me. Kyrie éleyson. Christe éleyson. Kyrie éleyson. Pater noster. ℣. Ab occultis meis munda me Domine. ℟. Et ab alienis parce Servo tuo. ℣. Domine exaudi Orationem meam. ℟. Et clamor &c.

OREMUS.

ORATIO.

DEUS qui de indignis dignos, de peccatoribus justos, & de immundis facis mundos, munda Cor meum & Corpus meum ab omni sorde & cogitatione peccati, & fac me dignum atque strenuum sanctis Altaribus tuis Ministrum; & præsta ut in hoc Altari ad quod indignus accedere præsúmo, acceptabiles tibi Hostias ófferam pro peccatis & offensionibus, & innumeris quotidianis meis excessibus, & pro

pecca-

peccatis omnium Viventium, & Defunctorum Fidelium, & eorum qui se meis commendaverunt Orationibus, & per eum tibi meum sit acceptabile Votum, qui se tibi Deo Patri pro nobis óbtulit in Sacrificium, qui est omnium Opifex, & solus sine peccati macula Pontifex. Jesus-Christus Filius tuus Dominus Noster, qui tecum vivit &c.

Et statìm manibus junctis coram Pectoribus humilitèr éxeat, & eat ad Altare, & faciat Confessionem dicendo priùs: Ave Maria. In nomine Domini Nostri Jesu-Christi. Amén. Sancti Spiritus adsit nobis Gratia. ℣. Introibo ad Altare Dei. ℟. Ad Deum qui lætificat juventutem meam. Ps: Judica me Deus, Totum cum Gloria Patri. Et iterùm dicat. Et introibo ad Altare Dei. ℣. Dignáre Domine die isto. ℟. Sine peccato nos custodíte. ℣. Confitemini Domino quoniàm bonus. ℟. Quoniàm in sæculum Misericordia ejus. ℣. Ora pro nobis Sancta Deigenitrix. ℟. Ut digni efficiamur &c.

CONFESSIO.

Confiteor Omnipotenti Deo, & Beatæ MARIÆ Virgini, & Sanctis Apostolis Petro & Paulo, & omnibus Sanctis, & vobis Fratres manifesto me gravitèr peccasse per superbiam in Lege Dei mei cogitatione, locutione, opere & omissione, mea culpa, mea culpa, gravissima mea culpa; Ideò precor Beatissimam Virginem MARIAM, & omnes Sanctos & Sanctás, & vos Fratres oráre pro me.

ABSO-

ABSOLUTIO.

MIsereatur vestri Omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis vestris perdúcat vos ad Vitam æternam. Amén.

ABSOLUTIO AD POPULUM.

INdulgentiam, absolutionem & remissionem omnium peccatorum vestrorum cum emendatione morum & vitæ per Gratiam Sancti Spiritus tribuat vobis misericors Dominus. Amén.

℣. Deus tu conversus vivificabis nos.

℟. Et Plebs tua lætabitur in te.

℣. Ostende nobis Domine Misericordiam tuam.

℟. Et Salutare tuum da nobis.

℣. Sacerdotes tui induantur Justitiam.

℟. Et Sancti tui exultent.

℣. Domine exaudi &c.

℟. Et clamor &c.

℣. Dominus vobiscum.

OREMUS.

ORATIO.

AUfer á nobis quæsumus Domine cunctas iniquitates nostras, & spiritum superbiæ & elationis cui resistis, & reple nos spiritu timoris, & da nobis Cor contrítum & humiliatum, quod non spernis, ut ad Sancta Sanctorum puris mereamur mentibus introire. Per Dominum

num Nostrum Jesum-Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amén.

Et statìm accédat ad Altare, & faciat Crucem super Aram dicendo: In nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus Sancti. Amén.

Et osculétur Aram, & osculando eam dicat Antiphonam:

SALVE Crux pretiosa, quæ in Corpore Christi dedicata es, & ex membris ejus tamquàm Margaritis ornáta; salva præsentem Catervam in tuis laudibus jugitèr congregatam.

℣. Adorámus te Christe, & benedicimus tibi.

℟. Quia per Sanctam Crucem tuam redemisti mundum.

OREMUS.

ORATIO.

EXaudi nos Deus salutaris noster, & per Triumphum Sanctæ Crucis á cunctis nos defende periculis. Per Christum.

ORATIO.

PER virtutem Sanctæ Crucis, & per intercessionem Beatæ MARIÆ Virginis, & Beati Petri Apostolorum Principis, & omnium Sanctorum absolve, quæsumus Domine, nostrorum vincula delictorum, & quidquid pro eis meremur, propitiatus averte, & ad beneficia recolenda, quibus nos instaurare dignatus es, tribue veníre gaudentes. Per Christum.

ALIA.

ALIA.

COnscientias nostras &c.

ALIA ORATIO.

ADSIT nobis Domine &c.

Ad extendendum Corporalia dicat Sacerdos.

IN tuo conspectu, quæsumus Domine, hæc nostra munera tibi plácita sint, ut nos tibi placére valeamus: attollite portas Principes vestras, & elevamini portæ æternales, & introíbit Rex Gloriæ. ¿ Quis est iste Rex Gloriæ? Dominus Fortis & Potens in prælio, Dominus Virtutum ipse est Rex Gloriæ.

Mundando Calicem dicat.

DIgnáte Domine mundáre Vas istud in quo súmere Pretiosum sanctum Corpus tuum valeam. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus per omnia sæcula sæculorum.

Quando ponit Vinum.

MIsce, quæsumus Domine, in Calice isto quod manávit ex Latere tuo, ut fiat in remissionem peccatorum nostrorum. Amén.

Benedictio Aquæ. Dicat Minister:

JUbe Domine benedicere. Ab illo benedicatúr, cujus Spiritus super

per Aquas ferebatur. In nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus Sancti. Amén.

ORATIO.

EX Latere Domini Nostri Jesu-Christi Sanguis & Aqua exisse perhibentur, hæc ideò nos paritèr commiscémus, *Infunditur Aqua.* ut misericors Deus utrumque ad medélam Animarum nostrarum sanctificare dignetur. Per eumdem Christum Dominum Nostrum. Amén.

Quando ponit Hostiam in Paténa dicat:

BEnedictio Dei Pa ✠ tris Omnipotentis, & Filii & Spiritus Sancti descendat super hanc Hostiam tibi Deo Patri offerendam. Amén.

Ante Evangelium dicat Sacerdos:

ORATIO.

COnforta me Rex Sanctorum summum tenens Principatum; da sermonem rectum & benè sonantem in os meum, ut placeam tibi, & omnibus circunstantibus.

Inclínet se in medium Altaris, & dicat:

JUbe Domine benedicere. Dominus sit in corde meo, & in ore meo, & in labiis meis ad pronuntiandum sanctum Evangelium divinum.

Dia-

Diaconus verò dicat:

MUnda cor meum, corpusque ac labia mea Omnipotens & Misericors Deus, qui labia Esaíæ Prophetæ calculo mundasti ignito; ità & me tua gratissima Miseratione mundáre dignéris, ut sanctum Evangelium valeam nuntiare. Per Christum Dominum Nostrum. Amén.

Petat Benedictionem à Sacerdote:

JUbe Domine benedicere.

Dicat Sacerdos:

COrróboret Dóminus sensum tuum, ac labia tua ut rectè pronunties nobis Eloquià sancta sua.

Quando osculatur Evangelium dicat Presbyter:

AVE Verbum divinum, reformatio Virtutum, restitutio Sanitatum.

Ad Hostiam offerendam

ORATIO.

ACceptabilis sit Majestáti tuæ Omnipotens Deus hæc nostra Oblatio quam tibi offerimus pro reatibus & facinoribus nostris, & pro stabilitate Sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ. Per Christum Dominum.

Ad offerendum Calicem

ORATIO.

OFFerimus tibi Domine Jesu-Christi Filii tui Calicem humilitèr implorantes Clementiam tuam, ut ante conspectum Divinæ Majestatis tuæ cum odóre suavitatis ascendat. Per eumdem Christum Dominum Nostrum. Amén.

Ad ponendam Filiolam

ORATIO.

HANC Oblationem, quæsumus Omnipotens Deus placátus accipe, & omnium Offerentium & eorum pro quibus tibi offertur peccata indulge. Per Christum.

Inclînet se junctis manibus, & dicat hanc Orationem.

DOmine Deus Omnipotens Pater, bene ✠ dic & sanctifica hoc Sacrificium laudis, quod tibi oblatum est ad Honorem & Gloriam Nominis tui, & parce peccatis Populi tui, & exaudi Orationem meam, & dímitte mihi omnia peccata mea. Per Christum Dominum Nostrum. Amén.



H


OMNIUM OFFERENTIUM.

Omnium offerentium. Dicat Présbyter ante Altare, antequàm faciat Confessionem in omnibus Festis præcipuis.

PER Gloriam Nominis tui Christe Fili Dei Vivi, & per Intercessionem Sanctæ MARIÆ Virginis, & Beati Jacobi & omnium Sanctorum tuorum auxiliare & miserére indignis Servis tuis, & esto in medio nostri Deus Noster, qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. Deo gratias.

Tunc immediatè dicitur Ave Maria. In nomine Domini Nostri Jesu-Christi, Psalmus Júdica me Deus cum Confessione, Absolutionibus, Oratione Aufer á nobis, Antiphona Salve Crux pretiosa cum Oratione; omnia ut in præparatione Missæ. Posteà dicitur:

Adjutorium nostrum in Nomine Domini. ℟. Qui fecit Cœlum & Terram. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nùnc & usquè in sæculum.



AD MISSAM
OFFICIUM.

HÆC dicit Dominus: Ego tuli & fui tecum, Alleluia, & interféci omnes Inimicos tuos Alleluia, fecique tibi Nomen grande. Alleluia, Alleluia. ℣. Beatus Vir qui timet Dominum, in mandatis ejus cupit nimis. P. Feci. ℣. Gloria & Honor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. P. Feci.

Per omnia sempèr sæcula sæculorum. ℟. Amén.

GLoria....... Et prosequatur à Choro usque in finem per totum annum præter in Adventu Domini & in diebus Feriis. In Excelsis Deo. Et in Terra Pax Hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te, Benedicimus te, Adoramus te, Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam Gloriam tuam. Domine Deus Rex Cœlestis, Deus Pater Omnipotens. Domine Fili Unigenite Jesu-Christe. Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris. Qui tollis peccata mundi miserere nobis. Qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quoniàm Tu solus Sanctus, Tu so-

lus

lus Dominus, Tu solus Altissimus, Jesu-Christe, cum Sancto Spiritu, in Gloria Dei Patris. Amén.

Dicatur iterùm: Per omnia sempèr sæcula sæculorum. ℟. Amén.

ORATIO.

CHriste cujus Virtus atque Potentia tantùm in Apostolo tuo Jacobo emicuit, ut in Nomine tuo emíssis à se Dæmoniorum Catervis potentialitèr meruit imperáre: Tu Ecclesiam tuam ab Adversantium impugnatione defende: Virtute Spiritus exuperando adversa; ut illius Doctrinæ opere compleatur cujus hodiè exempla piæ Passionis honôrat. ℟. Amén.

Dicat Presbyter în medium Altaris: Per Misericordiam tuam Deus Noster qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculórum. ℟. Amén.

℣. Dominus sit sempèr vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

LECTIO LIBRI SAPIENTIÆ SALOMONIS IV. CAPITULO.

℟. Deo gratias.

JUstus si morte præocupatus fuerit, anima ejus in refrigerio erit. Senectus enìm venerabilis est, non diuturna, nequè anno-

rum

rum numero computata. Cani sunt autèm sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Placens Deo factùs dilectus, & vivens inter peccatores translatus est, raptus est nè malitia mutaret Intellectum ejus, aut afflictio deciperet Animam illius, Fascinatio enìm nugacitatis obscúrat bona, & instantia concupiscentiæ transvertit sensum sicut malitia; consummatus in brevi explévit tempora multa. Plácita enìm erat Deo Anima illius; propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum. Populi autèm videntes & non intelligentes, nèc ponentes in præcordiis suis talia. Quoniàm Misericordia Dei & Gratia in Sancto illius, & respectus in electo ipsius. ℟. Amén.

Iterùm dicatur: Dominus sit sempèr vobiscum.

Et ℟. Et cum &c.

Hymnus trium Púerorum.

ANgelus Domini similitèr descendit cum Ananía & Sociis ejus in fornácem, & excussit flammam ignis de fornáce, & fecit medium fornácis tamquàm spiritum roris flantem, & non tétigit eos omninò ignis, nèc contristavit nèc quidquam molestè eis intulit. Tùnc illi tres quasi ex uno ore laudabant & magnificabant, & benedicebant Dominum de fornáce dicentes: Domine Deus Patrum nostrorum, & laudabilis es, & superexaltatus in sæcula. Amén.

Bene-

Benedicta es. Benedicite omnia opera Domini Domino, Hymnum dicite & superexaltate eum in sæcula. ℟. Amén. Benedicite Ananía, Azaría, Missáel Dominum. ℟. Hymnum &c. Quià eripuit nos Deus ab Inferis, & de manu mortis salvavit nos, & eripuit nos de medió camino ardentis flammæ, in medio ignis eduxit nos.

Dicat Presbyter: Confitemini Domino quoniàm bonus, quoniàm in sæculum Misericordia ejus. ℟. Amén.

℣. Dominus sit sempèr vobiscum. ℟. Et cum &c.

Tùnc cantetur Psallendo.

POsuisti Domine super caput ejus Coronam de lapide pretioso. ℣. Super salutare tuum Domine exultavit vehementèr. Desiderium Animæ ejus tribuisti ei, & voluntate labiorum ejus non fraudasti ei. P. Coronam &c. Dicat Diaconus: Silentium facite. Hìc ponat Vinum in Calice dùm dicitur Epistola.

Mundando Calicem dicat: Dignáre &c. ut in Præparatione Missæ. Quando ponit Vinum dicat: Misce quæsumus &c. ut in Præparatione Missæ. Benedicendo Aquam dicat: Jube Domine &c. ut in Præparatione Missæ; & Orationem: Ex Latere, ibidèm. Quando ponit Hostiam in Paténa dicat: Benedictio Dei &c. ut in Præparatione Missæ.

LECTIO

LECTIO ACTUUM
APOSTOLORUM XI. CAP.

℟. Deo gratias.

IN illis autèm diebus supervenerunt ab Jerosolymis Prophetæ Antiochiam, & surgens unus ex eis nomine Agabus significabat per spiritum Famem futuram magnam in universo Orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio; Discipuli autèm proùt quisque habebat, proposuerunt singuli in Ministerium mittere habitantibus in Judæa Fratribus, quod & fecérunt mittentes ad Seniores per manus Barnabæ, & Sauli. Cap. XII. Eodem autèm tempore misit Herodes Rex manus ut affligeret quosdam de Ecclesia; occìdit autèm Jacobum Fratrem Joannis gladio, videns autèm quia placéret Judæis apposuit apprehendere & Petrum; Erant autèm dies Azimorum, quem cum apprehendisset, misit eum in Carcerem, tradensque quatuor quaternionibus Militum ad custodiendum, volens post Pascha producere eum Populo. ℟. Amén.

Dicat Presbyter: Dominus sit sempèr vobiscum.

℟ Et cum &c.

Ante Evangelium dicat Sacerdos

ORA-

ORATIO.

CONforta me Rex Sanctorum summum tenens Principatum; da Sermonem rectum & benè sonantem in os meum, ut placeam tibi & omnibus circunstantibus.

Inclínet se in medium Altaris & dicat:

JUbe Domine benedicere. Dominus sit in corde meo, & in ore meo & in labiis meis ad pronuntiandum sanctum Evangelium divinum.

Diaconus verò dicat:

MUnda cor meum, corpùsque ac labia mea Omnipotens & Misericors Deus, qui labia Esaíæ Prophetæ calculo mundasti ignito; Ità & me tua gratissima Miseratione mundare digneris, ut sanctum Evangelium valeam nuntiare. Per Christum Dominum Nostrum. Amén.

Petat Benedictionem á Sacerdote:

JUbe Domine benedicere.

Dicat Sacerdos:

COrróboret Dominus sensum tuum ac labia tua ut rectè pronunties nobis Eloquia sancta sua.

LEC-

LECTIO SANCTI EVANGELII
SECUNDUM MARCUM X. CAP.

Respondeat Chorus: Gloria tibi Domine.

IN illis Diebus: Assúmens iterùm JESUS Duodecim, cœpit illis dicere quæ essent eis ventura. Quia eccè ascendimus Jerosolymam, & Filius Hominis tradetur in manus Principibus Sacerdotum, & Scribis & Senioribus, & condemnabunt eum Morte, & tradent eum Gentibus, & illúdent ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die resurget. Et accédunt ad eum Jacobus & Joannes Filii Zebedæi dicentes: Magister volumus, ut quodcumque petierimus facias nobis; at ille dixit eis: ¿Quid vultis ut faciam vobis? Et dixérunt: Da nobis ut unus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram sedeamus in Gloria tua. JESUS autèm dixit eis: Nescítis quid petatis: ¿Potestìs bibere Calicem, quem Ego bibiturus sum, aut Baptismo, quo Ego baptizor baptizari? At illi dixérunt: Possumus. Calicem, quem Ego bibo bibetis, & Baptismo, quo Ego baptizor baptizabimini, sedére autèm ad dexte-

ram meam vel ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est. Et audientes Decem indignati sunt de Jacobo & Joanne, JESUS autèm vocans eos ait illis. Scítis quia Ii qui videntur principari Gentibus, dominantur eis, & Principes eorum potestatem habent ipsorum. Non ità est in vobis. Quicumque voluerit fieri major, erit minor, & quicumque voluerit in vobis primus esse, erit omnium Servus. Nàm & Filius Hominis non venit ut ministraretur ei, sed ut ministraret & daret Animam suam Redemptionem pro multis.

℟. Amén.

Quando osculatur Evangelium dicat Presbyter:

AVE Verbum Divinum, reformatio Virtutum, restitutio Sanitatum.

Dicat Presbyter: Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum &c.

Lauda. Alleluia. ℣. Eccè servus meus suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Posteà dicat: Deo gratias. Sacrificium. Fulgebit Justus sicut splendor Firmamenti, & sicut Stellæ Cœli dantes claritatem lucis, ità & Justus splendebit. ℣. In perpetua Æternitate.

In-

Interim quòd Chorus dicit Alleluia offerat Sacerdos Hostiam cum Calice, & cum Orationibus quæ sequuntur.

Ad Hostiam offerendam

ORATIO.

ACceptabilis sit Majestati tuæ Omnipotens æterne Deus hæc Oblatio, quam tibi offerimus pro reatibus & facinoribus nostris, & pro stabilitate sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ, & Fidei Cultoribus. Per Christum Dominum &c. In nomine Pa✠tris, & Filii & Spiritus Sancti. Amén.

Dimittendo Paténam super Corporales. Deindè accipiat Calicem sanctificando sic: In nomine Pa✠tris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amén.

ORATIO.

OFFerimus tibi Domine Calicem ad benedicendum Sanguinem Christi Filii tui, deprecamurque Clementiam tuam, ut ante conspectum Divinæ Majestatis tuæ cum odóre suavitatis ascendat. Per eundem &c.

Ponat Calicem super Aram, & accipiat Filiolam sine sanctificatione, & ponat super Calicem dicendo:

ORA-

ORATIO.

HANC Oblationem, quæsumus Domine, placátus admitte, & omnium offerentium & eorum pro quibus tibi offertur peccata indulge. Per Christum &c.

Junctis manibus inclinando se hìc dicat:

IN spiritu humilitatis & in animo contrito suscipiamur Domine à te, & sic fiat Sacrificium nostrum ut á te suscipiamur hodie, ut placeat tibi Domine Deus; Veni Sancte Spiritus Sanctificator sanctifica hoc Sacrificium de manibus meis tibi præparatum.

Inclínet se junctis manibus & dicat hanc Orationem.

DOmine Deus Omnipotens Pater bene✠dic & sanctifica hoc Sacrificium laudis, quod tibi oblatum est ad Honorem & Gloriam Nominis tui, & parce peccatis Populi tui, & exaudi Orationem meam, & dimitte mihi omnia peccata mea. Per Christum Dominum Nostrum. Amén.

BENEDICTIO INCENSI.

JUBE Domine benedicere. Ab illo benedicatur in cujus ho-

nore

nore cremabitur. In Nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti. Amén.

Incensando dicat Sacerdos:-:

ORATIO.

PLacáre Domine per hoc Incensum mihi & Populo tuo parcens peccatis nostris, & quiescat Ira & Furor tuus, præsta propitius ut bonus odor simus tibi in Vitam æternam. Amén.

Posteà inclinet se Sacerdos in medium Altaris junctis manibus, & dicat altâ voce:-:

ADjuváte me Fratres in Orationibus vestris, & oráte pro me ad Deum.

Chorus respondeat: Ádjuvet te Pater, & Filius & Spiritus Sanctus.

Et Sacerdos vertat se ad Populum, & faciat Offertorium si voluerit.

Ad Offertorium Populi dicat Sacerdos offerenti:

CÉntuplum accipias, & Vitam æternam possideas in Regno Dei. Amén.

BENEDICTIO PANIS.

℣. Adjutorium nostrum in nomine &c.

℟. Qui fecit &c.

℣. Sit nomen Domini &c.

℟. Ex hoc nùnc &c.

ORATIO.

BEne ✠ dic Domine creaturam istam Panis sicut benedixisti quinque Panes in Deserto, ut omnes gustantes ex eo recipiant Sanitatem tàm Animæ quàm Corporis. Per Christum &c.

Benedictio ✠ Dei Patris Omnipotentis, & Filii & Spiritus Sancti descendat super hunc Panem, & super omnes ex eo comedentes.

Posteà accipiat Sacerdos Aquam in manibus.

Ad lavandum manus.

LAvábo inter innocentes manus meas, circúmdabo Altare tuum Domine, ut audiam vocem Laudis tuæ, & enarrem universa Mirabilia tua; nè perdas cum Impiis Deus Animam meam, & cum Viris sanguinum vitam meam.

Et dicat silentio super Oblationem cùm tribus digitis: In Nomine Patris, ✠ & Filii & Spiritus Sancti regnas Deus in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

In-

Inclinet se Sacerdos ante Altare, & dicat silentio istam Orationem:

ACcédam ad te in humilitate spiritus mei; loquar ad te, quia multam spem in fortitudine dedisti mihi, * Tu ergò Filii David, qui revelato Mysterio ad nos in Carnem venisti, Clave Crucis tuæ secreta cordis mei adáperi mittens unum de Seraphim, qui candenti carbone illo qui de Altari tuo sublatus est, sordentia labia mea emundet, * mentem enúbilet, docendique materiam subministret, ut lingua quæ * Proximorum utilitati per Charitatem servit, nèc erroris insonet casum, sed veritatis resultet sine fine præconium. Per Te Deus meus, qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amén.

INCIPIT MISSA.

DOminus sit sempèr vobiscum &c.

℟. Et cum spiritu tuo &c.

ORATIO.

Sequens Oratio non dicatur æqualitèr.

CHriste cujus Virtus atque Potentia tantùm in Apostolo

tuo

tuo Jacobo emicuit, ut in Nomine tuo emissis á se Dœmoniorum catervis potentialitèr meruit imperáre; Tu Ecclesiam tuam ab Adversantium impugnatione defende, ut virtute spiritus exuperando adversa, illius Doctrina opere compleatur, cujus hodiè exemplum piæ passionis honórat. ℟. Amén.

Dicat Presbyter::

PER Misericordiam tuam Deus Noster qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Dicat Sacerdos elevando manus:-:

OREMUS.

AGYOS, AGYOS, AGYOS. Domine Deus Rex Æterne, tibi Laudes & Gratias.

Posteà dicat Presbyter:

ECclesiam Sanctam Catholicam in Orationibus in mente habeamus, ut eam Dominus Fide, & Spe & Charitate propitius ampliare dignetur. Omnes Lapsos, Captivos, Infirmos atque Peregrinos in mente habeamus, ut eos Dominus propitius respicere, redimere, sanare & confortare dignetur.

Respondeat Chorus: Præsta Æterne Omnipotens Deus.

Posteà dicat Presbyter::

ORA-

ORATIO.

VOcantem nos ad se Jesum, Fratres dilectissimi, agnoscentes qui Beatissimum Jacobum Apostolum suum retia componentem in Navi ad se vocans, ejusdem nos postmodùm spiritualibus Doctrinis admonet atque docet ut postulantes in fide nihil hæsitemus, omni mentis devotione cum lachrymis eumdem Dominum flagitémus ut postulatio nostra apud eum ea nobis obtineat adimplére, quæ in ipso Apostolo docente cognovimus. ℟. Amén.

Dicat Presbyter:

PER Misericordiam tuam Deus noster in cujus conspectu Sanctorum Apostolorum, & Martyrum, Confessorum atque Virginum Nomina recitantur. ℟. Amén. Offerunt Deo Domino Oblationem Sacerdotes nostri Papa Romensis, & reliqui pro se, & pro omni Clero & Plebibus Ecclesiæ sibimet consignatis, vel pro universa Fraternitate. Itèm offerunt universi Presbyteri, Diaconi, Clerici ac Populi circumadstantes in honorem Sanctorum pro se & suis.

Respondeat Chorus.

OFFerunt pro se & pro universa Fraternitate.

Dicat Sacerdos.

FAcientes Commemorationem Beatissimorum Apostolorum & Martyrum, Gloriosæ Sanctæ MARIÆ Virginis, Zacharíæ, Joannis, Infantium, Petri, Pauli, Joannis, Jacobi, Andreæ, Philippi, Thomæ, Bartholomæi, Matthæi, Jacobi, Simonis & Judæ. Mathiæ, Marci & Lucæ.

Respondeat Chorus:

Et omnium Martyrum.

Dicat Sacerdos:

ITèm pro Spiritibus Pausantium. Hilarii, Athanasii, Martini, Ambrosii, Augustini, Fulgentii, Leandri, Isidori, David, Juliani; Itèm Juliani, Petri; Itèm Petri, Joannis, Servi Dei, Visitani, Viventis, Felícis, Cypriani, Vincentii, Gerontii, Zacharíæ Cænapoli, Dominici, Justi, Saturnini, Salváti; Itèm Salváti, Bernardi, Raymundi, Joannis, Celebrúni, Gundisalvi, Martini, Roderici, Joannis, Guterrii, Sanctii; Itèm Sanctii, Dominici, Juliani, Juliani, Philippi, Stephani, Joannis; Itèm Joannis, Felícis.

Res-

Respondeat Chorus: Et omnium Pausantium.

Dicat Presbyter: Post Nomina.

ORATIO.

VIvant in nobis, JESU Domine, Apostoli tui Jacobi Prædicamenta Doctrinæ quibus docemur illum Beatum esse, qui inlatus tentationis valuerit æquanimitèr supportare, quo dùm præsentia mala patientissimè toleraverimus, in Pace & Charitate nùnc & in æternum tecum sine fine vivamus. ℟. Amén.

Dicat Presbyter:

QUIA tu es Vita Vivorum, Sanitas Infirmorum, ac Requies omnium Fidelium Defunctorum in æterna sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Posteà dicat ad Pacem:

ORATIO.

SUscipe, JESU bone, in hoc natali Jacobi Apostoli tui offerentium vota, & refrigerium præsta Spiritibus Defunctorum, ut eo apud te intercedente, & Viventibus & Defunctis tuæ Pietatis Gratia impendatur, cujus Doctrina duodecim Tribuum Commemorantium edocetur. ℟. Amén.

Pos-

Posteà dicit Sacerdos:

QUIA tu es vera Pax nostra, & Charitas indisrupta vivis tecum & regnas cum Spiritu Sancto Unus Deus in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Dicat Presbyter elevando manus:

GRatia Dei Patris Omnipotentis pax ac dilectio Domini Nostri Jesu-Christi, & Communicatio Spiritus Sancti sit sempèr cum omnibus nobis.

Respondeat Chorus: Et cum Hominibus bonæ voluntatis.

Dicat Presbyter:

QUomodò astatis, Pacem facite.

Respondeat Chorus: Pacem meam do vobis, Pacem meam commendo vobis, non sicut Mundus dat Pacem do vobis. ℣. Novum Mandatum do vobis ut diligatis invicèm.

Reiteretur: Pacem meam do vobis &c.

℣. Gloria & Honor Patri &c.

P. Pacem &c.

Interìmque Chorus dicit: Pacem meam; Accipiat Sacerdos Panem de Paténa dicendo sic:

Ha-

HAbéte ósculum dilectionis & pacis ut apti sitis sacro-sanctis Mysteriis Dei.

Et statìm det Pacem Diacono, vel Puero, & Puer Populo.

Posteà inclínet se Sacerdos junctis manibus, & dicat:

INtroibo ad Altare Dei mei.

Respondeat Chorus: Ad Deum qui lætificat Juventutem meam.

Et ponat Presbyter manus super Calicem, & dicat:

AUres ad Dominum.

Respondeat Chorus: Habemus ad Dominum.

Dicat Presbyter:

SUrsùm Corda.

Respondeat Chorus: Levemus ad Dominum.

Dicat Presbyter junctis manibus inclinando se in medium Altaris:

DEO ac Domino Nostro Jesu-Christo Filio Dei, qui est in Cœlis, dignas Laudes, dignasque Gratias referamus.

Et dicendo Gratias referamus, élevet Sacerdos manus in altum; Et Chorus respondeat: Dignum & justum est.

Posteà cantet Presbyter :-:

INLATIO.

DIgnum & justum est Nos tibi sempèr gratias agere, Domine Sancte, Pater Æterne, Omnipotens Deus per Jesum-Christum Filium tuum Dominum Nostrum, in cujus Nomine electus Jacobus, cum ad Passionem traheretur, Paralyticum ad se clamantem curavit, atque hoc miraculo cor illudentis sibi ità compulsavit, ut eum Sacramentis intinctum Fidei, faceret ad Gloriam pervenire Martyrij. Sic ipse post in Confessionem Filii tui Capite deiecto interemptus occubuit perveniens ad eum in pace, pro quo hanc sustinuit Passionem. Ipse est enim Unigenitus tuus Filius, qui dedit Animam suam Redemptionem pro multis, per quem nostris tu

Deus Pater jubeas parcere jam delictis. Cui meritò Exercitus Militiæ Cœlestis non cessant clamáre ità dicentes:-:

Respondeat Chorus:


SANCTUS. SANCTUS. SANCTUS. Dominus Deus Sábaoth. Pleni sunt Cœli & Terra Gloria Majestatis tuæ. Hosánna Filio David. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosánna in excelsis. AGYOS. AGYOS. AGYOS, Kyrie O Theos.

Posteà dicat Presbyter:

VErè Sanctus, verè Benedictus Dominus Noster Jesus-Christus Filius tuus, quem Jacobus relicto Zebedæo Patre ità secutus est, ut eum obnixè diligendo fieret electus in Vita, mundus in Conscientia, probabilis in Doctrina; Postremò ità scientiam commendans ex opere, ut pro eo truncato interierit Capite; Quem pro se, vel pro omnibus nóverat Animam posuisse Christum Dominum, cui est Honor & Gloria in sæcula sæculorum. Amén.

Dein-





Jph.us Nava Sc. & exc. Angelopoli.

Deindè dicat Sacerdos in silentio junctis manibus inclinando se ante Altare:

ORATIO.



DESTO, ADESTO, JESU bone Pontifex, in medio nostri sicut fuisti in medio Discipulorum tuorum, & sancti✠fica hanc Oblationem ✠ ut sanctificata ✠ sumamus per manum Sancti Angeli tui, Sancte Domine, & Redemptor Æterne. Dominus Noster Jesus-Christus in qua nocte tradebatur accepit Panem, & Gratias agens bene✠dixit, ac fregit, deditque Discipulis suis dicens: Accipite & manducate.

HOC EST CORPUS MEUM QUOD PRO VOBIS TRADETUR.

Hìc elevetur Corpus.

Quotiescumquè manducaveritis, hoc facite in meam ✠

Commemorationem. Similitèr & Calicem postquàm cœnavit dicens:·: Super Calicem

HIC ✠ EST CALIX NOVI TESTAMENTI IN MEO SANGUINE, QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM.

Hìc elevetur Calix coopertus cum Filiola.

Quotiescumquè biberitis hoc facite in meam ✠ Commemorationem.

Et cum perventum fuerit ubì dicit in meam Commemorationem, dicat Presbyter altâ voce omnibus diebus præter festivis pari modo ubi dicit in Claritatem ✠ de Cœlis, & qualibet vice respondeat Chorus: Amén.

Quotiescumquè manducaveritis Panem hunc, & Calicem istum

istum biberitis, Mortem Domini annuntiabitis donèc veniat.

In Claritatem ✠ de Coelis.

Respondeat Chorus: Amén.

Hoc est enim corpus meum.

Hic est enim calix sanguinis mei novi et æterni testamenti mysterium fidei, qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Dicat Presbyter Post Pridiè.

Subjuga Deus nostras tuo Jugo cervíces, ut Onus tuum, quod amantibus leve est, ità optabili Devotione ferámus sicut Jacobus Apostolus tuus innexo Collo suo Fune ad Passionem tractus est lætabundus, ut sanctificans hæc quæ tibi offerimus nos ipsos benedicas perceptione Hostiæ hujus. ℟. Amén.

Posteà dicat Presbyter

ORA-

ORATIO.

TE præstante, Sancte Domine, quia tu hæc omnia nobis indignis Servis tuis valdè bona creas: Sanctifi✠cas, vivificas ✠, bene✠dicis, ✠ ac præstas nobis, ut sit benedicta á te Deo Nostro in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Et tùnc Presbyter accipiat Corpus Domini de Paténa, & ponat super Calicem discoopertum, & dicat altâ voce omnibus diebus videlicèt Festivis, & Dominicis, præter in locis in quibus erit Antiphona propria ad confractionem Panis.

Dominus sit sempèr vobiscum.

Respondetur: Et cum spiritu tuo.

Posteà dicat Presbyter:

FIdem quam corde credimus, ore autèm dicamus.

Et tùnc élevet Sacerdos Corpus Christi, ut videatur á Populo, & dicat Chorus Symbolum, bini, ac bini, videlicèt.

Cre-


CRedimus in Unum Deum, Patrem Omnipotentem, Factorem Cœli & Terræ, visibilium omnium & invisibilium Conditorem; & in Unum Dominum Nostrum Jesum-Christum Filium Dei Unigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula. Deum ex Deo, Lumen ex Lumine, Deum Verum ex Deo Vero. Natum, non factum, Omousion Patri, hoc est, ejusdem cum Patre Substantiæ: Per quem omnia facta sunt quæ in Cœlo, & quæ in Terra. Qui propter nos Homines, & propter nostram Salutem descendit de Cœlis. Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex MARIA Virgine: Et Homo factus est. Passus sub Pontio Pilato: Sepultus: Tertiâ die resurrexit: Ascendit ad Cœlos: Sedet ad dexteram Dei Patris Omnipotentis: Indè venturus est judicare vivos & mortuos; cujus Regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum Vivificatorem, & ex Patre & Filio procedentem. Cum Patre & Filio adorandum & conglorificandum: Qui locutus est per Prophetas. Et unam


Sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum, & Vitam venturi sæculi. Amèn.












Gloria.
8.



Regnum.
9.



Post hæc frangat Presbyter Eucharistiam in medium, & ponat mediam partem in Paténa, & de alia parte faciat quin-

que

que Particulas, & ponat in Paténa, & accipiat aliam partem, & faciat quatuor Particulas, & ponat in Paténa similitèr per ordinem factum per prescriptas Rotas, & statìm purget benè digitos, & cooperto Calice faciat Memento pro vivis, & perfectò Symbolo dicat Presbyter ad Orationem Dominicam æqualitèr.

ORATIO.

OREMUS.

APostolo tuo Jacobo, Domine, edocente præmonemur, ut si quis nostrum indiget Sapientia póstulet á te, qui das omnibus afluentèr, & non impròperas; sed quia ad te pervenìre cupimus per Christum, qui est Virtus tua & Sapientia, id agere præoptamus poscentes Clementiam tuam, ut per eum, qui apud te advocátus factus est noster, & pervenìre nos ad te facias, & Orationem quam ipso Domino instruente didicimus, ad te introíre permitas, proclamantes é Terris.

Pa-

Pater noster qui es in Cœlis. ℟. Amén.

Sanctificetur Nomen tuum. ℟. Amén.

Adveniat Regnum tuum. ℟. Amén.

Fiat voluntas tua sicut in Cœlo & in Terra. ℟. Amén.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè.

℟. Quia Deus es.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

℟. Amén.

Et nè nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

Posteà dicat Sacerdos:

Liberati á malo, confirmati sempèr in bono, tibi servíre mereamur Deo ac Domino Nostro; Pone Domine finem (Hìc percutiat Sacerdos pectus) peccatis nostris: Da gaudium Tribulatis, præbe redemptionem Captivis, sanitatem Infirmis, re-

requiemque Defunctis; Concede pacem & securitatem in omnibus diebus nostris; Frange audaciam Inimicorum nostrorum, & exaudi Deus Orationes Servorum tuorum; omnium Fidelium Christianorum in hac die & in omni tempore. Per Dominum Nostrum Jesum-Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sempèr sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Hìc discooperiat Calicem, & accipiat Particulam, quæ dicitur Regnum, & ponat eam super Calicem, & dicat:

VIcit Leo de Tribu Juda radix David Alleluia. Tribus vicibus. Respondeat Chorus qualibet vice: Qui sedes super Cherubim radix David Alleluia.

Et dicat posteà istam Orationem inter se submisa voce:

SAncta Sanctis, & conjunctio Corporis Domini Nostri

Jesu-Christi sit sumentibus & potantibus nobis ad veniam, & Defunctis Fidelibus præstetur ad requiem.

Et mittat Particulam in Calicem, & cooperiat Calicem, & dicat altâ voce sic, si non fuerit ibì Diaconus.

HUmiliate vos Benedictioni. Dominus sit sempèr vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

BENEDICTIO.

CHristus Deus, Dei Patris Filius, quem Jacobus relicto Patre in Navi totâ secutus est intentione cordis, indesinentèr vos faciat suis inhærére vestigiis. ℟. Amén.

Quique per hunc Apostolum suum cultores Dœmonum convertit ad fidem, concedat vobis vana hujus sæculi respuendo, se in veritate diligere. ℟. Amén.

Ut ejus remuneremini Præsidiis, cujus hodiè Triumphum excolitis Passionis. ℟. Amén.

Quod ipse præstáre dignetur per Misericordiam tuam, Deus

Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℞. Amén.

Posteà statìm dicat: Dominus sit sempèr vobiscum. ℞. Et cum &c. Quo dicto cantet Chorus. Gustáte & vidéte quam suavis est Dominus. Alleluia, Alleluia, Alleluia. ℣. Benedicam Dominum in tempore, sempèr Laus ejus in ore meo. Alleluia, Alleluia, Alleluia. ℣. Redimet Dominus animas Servorum suorum, & non derelinquet omnes qui sperant in eum. Alleluia, Alleluia, Alleluia. ℣. Gloria & Honor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amèn. Alleluia, Alleluia, Alleluia.

Quo dicto accipiat Presbyter aliam Particulam sequentem, quæ dicitur Gloria, & dicat sic:

ORATIO.

PAnem Cœlestem de Mensa Domini accipiam, & Nomen Domini invocabo.

Di-

Dicat Memento pro Mortuis tenendo illam Particulam super Calicem, & perfecto Memento dicat silentio hanc Orationem.

ORATIO.

DOmine Deus meus da mihi Corpus & Sanguinem Filii tui Domini Nostri Jesu-Christi ità sumere, ut per illud remissionem omnium peccatorum merear accipere, & tuo Sancto Spiritu repléri, Deus Noster, qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amén.

ORATIO.

AVE in ævum sanctissima Caro Christi, in perpetuum summa Dulcèdo.

Hìc faciat Signum cum Hostia, & sumat Particulam, quam in manu habet, & cooperiat Calicem & veniat ad Paténam, & consumat omnes Particulas per ordinem, & deindè accipiat Paténam, & ponat super Calicem, & purget benè cum digito pollicis, & dicat hanc Orationem.

ORA-

ORATIO.

AVE in ævum cœlestis Potus, qui mihi ante omnia, & super omnia dulcis es.

ALIA ORATIO.

COrpus & Sanguis Domini Nostri Jesu-Christi custódiat corpus & animam meam in Vitam æternam. Amén.

Hic accipiat Sanguinem, & dùm Sacerdos súmpserit Sanguinem dicat immediatè hanc Orationem.

ORATIO.

DOmine Deus meus, Pater, & Filius & Spiritus Sanctus, fac me te sempèr quærere & diligere, & á te per hanc sanctam Communionem quam sumpsi, nunquàm recedere, quia tu es Deus, & præter te non est alius in sæcula sæculorum. Amén.

Cantat Chorus Communicantes.

REfecti Christi Corpore & Sanguine te laudamus Domine. Alleluia, Alleluia, Alleluia.

Eat Sacerdos ad cornu Altaris dextrum, & dicat hanc Orationem.

ORATIO.

COrpus Domini Nostri Jesu-Christi quod accepimus, & sanctus Sanguis ejus quem potavimus, adhæreat visceribus nostris, Æterne Omnipotens Deus, ut non veniat nobis ad judicium, nèc ad condemnationem; sed proficiat ad salutem & ad remedium animarum nostrarum in Vitam æternam. ℟. Amén.

Dicat Presbyter:

PER misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum.

℟. Amén.

Dominus sit sempèr vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Dicat Presbyter vel Diaconus:

So-

Solemnia completa sunt in nomine Domini Nostri Jesu Christi: Votum nostrum sit acceptum cum pace.

℟. Deo gratias.

In fine Missæ dicitur Antiphona in Laudem Gloriosæ Virginis MARIÆ.

ANTIPHONA.

Salve Regina, Mater Misericordiæ, Vita, Dulcèdo & Spes nostra, Salve; ad te clamamus exules Filii Evæ; ad te suspiramus gementes & flentes in lachrymarum Valle. Eia ergò Advocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos converte, & Jesum benedictum fructum Ventris tui nobis post hoc exilium ostende. ¡O Clemens! ¡O Pia! ¡O Dulcis Virgo sempèr MARIA!

℣. Post Partum &c.

℟. Dei-Genitrix &c.

℣. A subitanea & improvisa morte,

℟. Libera nos Domine.

℣. Ora pro nobis &c.

℟. Ut digni efficiamur &c.

℣. Dominus sit sempèr vobiscum.


℟. Et cum spiritu tuo.


ORATIO.

CONcede nos Famulos tuos Domine perpetua mentis & corporis sanitate &c.

Quo facto dat Benedictionem.

IN Unitate Sancti Spiritus ✠ (vertat se ad Populum dicendo) Benedicat vos Pater ✠ & Filius.





Mediante Die Festo ascendit.

VErba hæc cum Notis Musicæ & Caracteribus Gothicis excerpta fidelitèr sunt ex Missali Muzárabum manuscripto, quod àsservatur in Bibliotheca Toletanà Scrinio 30. Num. 2. in Missa, quæ denominatur *Mediante die Festo* ad confractionem Panis.

Et ut figuræ Musicæ cognoscantur, simùlque ad Notas nostri temporis eodem valóre reducantur, advertendum priùs est, sæculo nono, (quod redolere videntur tàm ipsi Caractéres, quàm Notæ) Cantum Clave & tempore caruisse, & Cantores ad Vocis concentum dirigi á Systemate maximo certis signis, quibus dignoscebatur quando ascensus,

vel

vel descensus Vocis fieri deberet: Aliquando lineis rubri, & cærulei coloris utebantur, & aliquando absque lineis, jàm per ipsam Notarum distantiam, jàm per Magistri Vocem priùs audítam dirigebantur: Ob hoc fatendum meritò est, Cantum illis temporibus non ad certas Regulas, Lineas & Claves ut hodiè, fuisse adstrictum, imò rudem & informem dici posse quoad Notas, licèt Cantus reverà melodicus & suavis esset.

His igitùr prælibatis, Clavis *Fêfaut* assignatur Cantui Missæ *Mediante Festo* hac scilicèt ratione, quia Cantus ascendit ultrà *La*, *Mi*, *Re*. Et ob hoc in tertia linea collocatur, ut detur locus absque augmento ascensui de *Ce*, *Sol*, *Faut*.

Primum punctum hujuscemodi figuræ æquivalet *Fa* semibrevi, quia antiquitùs ità figurabatur semibrevis solutus.

Secundum punctum hujuscemodi figuræ ♦ æquivalet *Mi* semibrevi soluto, ità etenim appingebatur.

Tertium & quartum sequentis figuræ æquivalent quinque punctis ligatis, ex iis primum & secundum sunt *Fêfaut*, *Gesolreut*, & *Fêfaut*: Quatuor priora minima sunt propter ligamen, quintum seù ultimum est semibreve propter descensum & syllabę finem.

Quintum hujus figuræ supponit tres seminimas, scilicèt, *Elami*, *Fêfaut* & *Elami*.

Sex-

Sextum hujus figuræ ⸜ est semibreve *Elamì.*

Septimum hujus figuræ ⁓ æquivalet tribus punctis ligatis, scilicèt, semibrevi *Fêfaut*, & *Gesolreùt*, & *Fêfaut* seminimis, ex eo quia statim sequuntur alia quatuor seminima.


Supra verbum *Festo* decem & septem puncta enumeramus in sequentibus figuris.

Primum est *Elamì*, secundum *Fêfaut*, tertium *Gesolreut*, quartum *Elamì*, omnia hæc seminima, quintum est cum nota semibrevis, & æquivalet tribus punctis, videlicèt, *Fêfaut* semibrevi, & *Gesolreut*, & *Fêfaut* seminimis. Sextum ⁓ æquivalet aliis tribus punctis ligatis, scilicèt, *Gesolreut* seminimo, *Fêfaut* minimo, & *Gesolreut* seminimo. Septimum æquivalet quatuor punctis ligatis, scilicèt, *Alamìre*, *Gesolreut*, *Alamìre*, & *Befabemì*, omnibus seminimis.

Octavum & ultimum hujus figuræ æquivalet tribus punctis ligatis, scilicèt, *Cesolfaut*, *Befabemì* seminimo, & *Cesolfaut* semibrevi.

Nimis longum esset cæteras figuras explicare: Sat sit aliquas indicasse: Libenter recognoscimus nostram imbecillitatem ad Notas tàm obscuras, & á nostro sæculo remotas declarandas: Nonnulla etiam vitio & defectui Scriptorum tribuenda sunt, & ignorantiæ nostræ parcendum.

Ini-




All e lu ia Chrisri Genera ri o

sic erat cum esser desponsata Mater ejus Maria Joseph&c.

Initium hujus Introitus excerptum est ex Missa Annuntiationis Beatæ Virginis MARIÆ à Beato Ildephonso, ut creditur, composita.

Susce- pimus — Deu - s - Misericordiam tuam



Sus ce pimus De us Misericor diam tu am

Initium hujus Introitus excerptum est ex Officiario antiquo Toletano *in Festo Purificationis Beatæ Virginis MARIÆ* cum Cantu prout superiùs ponitur, & æquivalet Notis inferiùs positis.

BRE-

BREVIS MISSÆ MUZÁRABUM EXPOSITIO IN GRATIAM

SACERDOTUM HUJUSMODI UTENTIUM RITU,

Ut dignè, attentè ac devotè peragere valeant Sacrificium.

PRÆPARATIO AD MISSAM.

AD sacrosanctum Missæ Sacrificium ritè celebrandum, priùs se debet præparare Sacerdos, præ oculis sempèr habens majus illud esse omnibus Sacrificiis, suisque manibus Ministrum contrectare eumdem ipsum Deum & Hominem, quem Alma sempèr Dei-Genitrix novem mensibus suo gestavit in Utero, & suis natum ulnis excepit. ¡Sanè, mirabile dictu. In iniquitatibus conceptum hominem suis Deum habére præ manibus, & vi verborum mirificâ Verbum Patris Caro factum suas ad usque manus identidèm descendere de Cœlis!

LARGIRE SENSIBUS &c.

INgressus ergò Sacrarium lavet ante omnia manus dùm Orationem recitat illam: *Largire sensibus* &c. ut sicut exterius aqua manuum in-

quinamenta detersit, mentium ità sordes interiùs emundentur, atque in Sacerdote & intùs & extrà defæcato cunctæ virtutes augeantur.

Coram sacris vestibus postmodùm genua flectat, siquidèm in earum qualibet Christi Crux figurata conspicitur: Igitùr si Judæi Christo illudentes ante ipsum genuflexi dicebant: *Ave Rex Judæorum*, Sacerdotes quoque Muzárabici utroque flexo poplite *amore, ore, re* verum ipsum Regem agnoscunt, quasi dicerent sua coram illo corda effundentes: Ave Rex Regum, Salve Rex Judæorum & Gentium, Ave Dominus Dominantium, mundique Redemptor: Quod ergò Judæis scandalum, Gentibus fuit stultitia, hoc ipsum Sacerdotibus Legis Gratiæ firmum supremæ adorationis existit fundamentum. = Ante sacra Paramenta fit hujusmodi adoratio, propterea quod Ornamenta singula mysticam imbibunt significationem, quandoquidèm vestibus quibus Christus indutus á Judæis ludibrio fuit habitus, mirùm in modum certè respondent. Factum vidimus, mysterium requiramus.

AMICTUS denotat velum quo Sacrum Domini Caput, faciem & ora velabant, cum irridebant illi Deicidæ vocitantes: *Prophetiza quis est, qui te percussit.*

ALBA revocat in memoriam geminam Tunicam: & Candidam, qua primùm coopertus ab Herode, ut amens fuit reputatus; & Rubram, qua subindè semèl atque iterùm fuit exutus cùm flagellandus, tùm crucifigendus.

CIN-

CINGULUM memorat funem, quo dirè, & arctè summâ vi ligatus fuit, & pòst tractus atque depulsus.

STOLA id ipsum præsefert, & insupèr Sacerdotii Caractèrem, Presbyterii Dignitatem.

MANIPULUS funes indicat, quibus Jesu manus fuerunt illaqueatæ.

CASULA tandèm Crucem repræsentat; missas consultò facimus significationes complures ab Angelico Doctore, & Innocentio Papa sacris vestibus adaptatas, ut Orationum sensum indicare sufficiat.

AMICTU operimur veluti Galeá salutis ad repellendos diabolicos incursus; sicut enìm Miles ad pugnam Galea, & Thorace vestitur, sic Christi Domini Athletæ sacro utuntur Amictu, tanquàm Galea ad inimicorum rabiem, & ictus superandos.

ALBA est Vestimentum salutis, Tunica justitiæ, & hilaritatis Indumentum, quo induimur adversus animarum hostes: Albedo denotat animæ puritatem, idcircò recentèr baptizati candidis vestibus antiquitùs utebantur; & quemadmodùm Milites ad pugnam præcingebantur, sic orthodoxi Milites fidei Cingulo præcinguntur: Cum verò Concupiscentia in renibus sedem habeat, indè est quod Cingulo juxtà illos stringimur, ut in eis faces libidinis extinguantur, & perennitèr maneat in nobis splendor castitatis.

MANIPULUS fletus, labores, ærumnas præsentis vitæ significat:

cat: undè enixè á Deo exoptamus, ut nobis conferat patientèr ferre sæculi adversitates, quo æternam cum Cœlicolis portionem suscipere valeâmus.

Per primævam Proto-Parentis Adámi labem totum hominum genus justitiam illam perdidit primigeniam, in qua Creator illum condidit, & appellatur immortalitatis Stola per sacrum Stolæ fulcimentum indicata: eaquè propter á Deo petimus, ut gratia pleni ad Sacrificium incruentum accedamus, quo sempiterna cum Christo immortalitate perfruamur.

CASULA jugum Dominicæ Legis indicat, quod reverà charitate suavissimum, & præpotenti Dei auxilio levissimum fit onus.

PATER PECCAVI IN COELUM &c.

Postquàm sacris vestibus cohonestatur Sacerdos pronuntiat illa verba miranda nunquàm satis: *Pater peccavi in Cœlum* &c. Eisdem ità verbis Prodigus ille Filius Parentem suum confusus exorabat ut veniam ejus mereretur accipere; Nos, [¡Proh dolor!] postquàm é tyrannica Dæmonum erepti servitute, & in adoptionem filiorum, hæredes quidèm Dei, cohæredes autem Christi, misericorditèr recepti, pessimè prodegimus Numinis veluti substantiam, ejus munera, gratias, auxilia dissipando, digni, ¿quìs non viderit? Digni non sumus, nè dicam vocari Filios, sed vel inter ejus Mercenarios computari:

tari: Qui scelere irretiti læthali ausint sacra Missæ peragere, fame pereunt; Nequam illi sacrilegi Presbyteri, quando Panem Angelorum ipsi sibi frangunt & sumunt, & Cœlestis illa Mensa, in qua verum Christi Corpus & Sanguis omnes dapes, omnia pocula excedens, ut Convivium charitatis apponitur, vertitur in metuendum Tribúnal, Judicium sibi manducant & bibunt; Splendidior igitur omni radio solari debet esse Manus Sacerdotis Hostiam consecratam dividentis, & Sacrificium immaculatum exigit cor ab omni macula purum: Undè oportet Sacerdotem cum Davide petere, ut Deus ab occultis eum mundet, & ab alienis suo Servo parcat.

DEUS, QUI DE INDIGNIS &c.

EUM, qui solus de indignis Sacerdotibus dignos, de Peccatoribus Justos, & de immundis mundos facere potest, oramus mundet Cor & Corpus ab omni sorde & contagióne peccati, ut acceptabile fiat Deo Patri Sacrificium per ejus Filium Jesum Christum, qui in Ara Crucis fuit, & in Altaris Sacrificio est & Hostia, & Sacrificium, præcipuusque Sacerdos.

AVE MARIA. IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU-CHRISTI &c.

SEquitur ut Sacerdos eat ad Altare; egrediatur itaque humilitèr, hoc est, compunctus & modestus; exeat humilitèr, oculis, scilicèt, in terram

defixis, exteriùs quippè Corporis moderamen internam devotionem indigitat: humilitèr gradiatur, non petulantèr & præpropero gressu; incessus enim judicat de homine, maximè dùm Sancta Sanctorum ingreditur: Si quìs ad Terræ Monarcham alloquendùm gressibus immoderatis procederet, inurbanitatis & irreverentiæ convictus ostenderetur: quànta igitùr religione ad Regem Cœlorum & Dominum accedere debemus!

PSALMUS INTROIBO cum Versiculis & Responsoriis Confessioni præmittitur: Confessio, & facta ad Populum Absolutio accessum ad supremam Aram præcedit: quæ quidèm omnia jure ac merito fiunt; tùm in signum Humilitatis & Pœnitentiæ; tùm ad venialia peccata expianda; tùm ad retundendum superbiæ atque elationis, cui Deus resistit, spiritum; tùm ad impetrandum ab ipso Cor contritum & humiliatum quod nusquàm despicitur; tùm deniquè quòd David consultò dixit: *Præveniamus faciem ejus in Confessione.*

SALVE CRUX PRETIOSA &c.

Continuò accedens Sacerdos ad Altare, Crucis signum pollice, seù majori dexteræ digito efficit super Aram, & inquiens: *Salve Crux* &c. inibì deosculatur.

Crux est Militis orthodoxi vexillum; per eam salvati atque redempti sumus; per Crucis signum Dœmones procùl fugantur; Crucis

sig-

signum in Constantini Magni Labaro rutilabat, & in Hispania nostra Crucis effigies Christiani nominis hostes deterrens in Cœlis sæpè sæpiùs apparuit, & repentino aspectu devícit, ut apud Navas Tolosæ, & bellis in aliis, videre licet; Eaque propter hujusmodi Crucis signo principio munítur Presbyter, Deumquè enixè deprecatur, ut per Triumphum Sanctæ Crucis ab omni tùm Corporis, tùm Animæ discrimine protegatur. Celebrem illam Victoriam á Magno Purpurató Francisco Ximenio de Maurorum Campo Oranni reportatam per virtutem Sanctæ Crucis, cui omnia retulit accepta beneficia, ad saluberrimam istam præmittendam Orationem magnoperè contulisse putarem. Prælaudatus Cardinalis fuit tùnc sequutus exemplum optimè meriti Prædecessoris sui Eminentissimi Petri Gonzalez de Mendoza, qui dùm sacram Sanctæ Crucis Basilicam suis ipse sumptibus magnificè reficeret Romæ Metropolis Mundi, Crucis titulum adinvénit: quamobrèm nedùm suis in Stemmatibus, verùm & in Majori Collegio Vallisoletano á se munificentissimè fundato, in Xenodochio Sanctæ Crucis aliisque nonnullis sumptuosissimis Operibus, Crucem sempèr jussit apponi: ¡quid jàm mirùm, quod dùm é vivis excederet Vir immortalitate dignus, Crux supra Cubiculum apparuisset in aere!

IN TVO CONSPECTV &c.

Dùm plicata panduntur Corporalia.

DUO sacra repræsentant Corporalia: & Sindonem qua fuit Christi

ti

ti Corpus exanime involutum, & Pannos quibus à Matre Virgine Infans cooperiebatur. Sacerdos ipse precatur ut Sacrificii munera Deo sint placita; licet enim ipsemet Christus sit in Missa Sacerdos principalis, & insimùl res oblata incruentumvè Sacrificium quod Deo Patri displicère nequeat, utpotè Filius dilectus in quo sibi benè complacuit; nihilo tamèn minùs Orationes ac Preces Sacerdotis, qui Minister est minùs præcipuus, Deo possunt non esse placitæ; quapropter Romano Ritu sæpiùs etiam repetitur, ut placeat Sanctæ Trinitati Sacrificium, ut Deo sit acceptabile, sit acceptum & hujusmodi: quæ quidèm omnia non utique ad Christi Corpus, sed ad Presbyteri ministerium unicè referuntur.

ATTOLLITE PORTAS PRINCIPES VESTRAS &c.

SUbindè exclamat cum Propheta Sacerdos: *Attollite portas Principes* &c. quæ quidèm quàm aptè hac usurpentur Oratione perpendite: Memini supra insinuasse, quod Panni quibus JESUS recèns natus fuit involutus, denotant Corporalia, in quibus Hostia verum Christi Corpus continens consecratione facta locatur: Rectè igitùr sciscitamur. ¿*Quis est iste Rex Gloriæ*, qui consecratione peracta ibidèm collocabitur? Rectè itidèm respondemus: *Dominus Fortis & Potens in prælio, Dominus Virtutum ipse est Rex Gloriæ.* Quasi diceremus: Idem ipse Rex Gloriæ, qui

nas-

nasci de Virgine dignatus est, quique mirantibus Angelis Cœlorum superna penetravit, ille est qui in hominis manus vi Verborum descendet, quique supra Corporalia requiescere non dedignabitur: eidem ipsimèt Christo, qui ab Immaculata sempèr Virgine fuit pannis obvolutus, quasi Panni deservient Corporalia consecratione expletâ.

DIGNARE &c.

Dùm Calicem stergit.

ORat Deum posteà Sacerdos, ut mundare dignetur Calicem in quo est pretiosus Christi Sanguis sumendus: Undè ab Episcopo Chrismate consecratur Calix tàm alto ministerio deserviens.

MISCE QUÆSUMUS &c.

Dùm interìm Vinum apponit.

VInum modica miscetur Aqua; tùm ad denotandum Mysterium illud, quo ex Latere Christi *Continuò exivit Sanguis & Aqua*; tùm quia Christum in Cœna postrema similitèr fecisse perhibetur; tùm quòd ex Latere Christi cuncta Sacramenta manarunt, undè tanquàm ex vitæ fonte nos omnes accepimus. In Aquæ benedictione his Sacerdos utitur verbis: AB ILLO BENEDICATUR, CUJUS *Spiritùs supèr aquas ferebatur*, quæ sanè refert in Genesi Moyses cum Dominus creavit Aquas. Subindè Orationem *Ex Latere* &c. dicendo, ad ea verba *Commiscemus* miscet, ut tàm Vinum quàm Aquam ad nostrarum medé-

lam animarum sanctificare dignetur. Eandem Orationem: *De Latere* &c. recitant Ambrosiani, queis Muzárabes in multis assimilantur.

Insupèr mixtio Aquæ cum Vino significat duas in Christo existere naturas plenas atque perfectas, Divinam, nimirùm, & Humanam, duas per consequens voluntates Dei & hominis, duas deniquè Divinam & Humanam Operationes in unica Christi eaque Divina Persona. Significat prætereà Vini & Aquæ permixtio factam à Deo naturæ humanæ Creationem, & ejus Reformationem, sivè Redemptionem á Domino Nostro Jesu-Christo peractam. Vinum deniquè Christum repræsentat, Aqua verò genus hominum indicat, juxta illud *Aquæ multæ Populi multi*: Undè Aquam Vino miscere est Christum Populo adunari & conjungi.

BENEDICTIO &c.

QUANDO PONIT HOSTIAM IN PATENA.

POsquàm Sacerdos Oblata super Aram collocat & Hostiam in Paténa, Ea in Nomine Dei Patris Omnipotentis Filii & Spiritus Sancti benedicat, ut Individuæ Trinitatis super Hostiam offerendam descendat Benedictio. ¤ Cetera, quæ in Præparatione ad Missam consequuntur suis in locis exponentur. ¤



IN MISSA SANCTI JACOBI.

OMNIUM OFFERENTIUM.

HIC propriè incipit *MUZARABICA MISSA*, quæ Omnium Offerentium meritò appellatur, nàm quicumque offerre poterant, etiam Cathecumeni, adstabant huic priori Missæ parti quæ ad Offertorium usque inclusivè durabat: Alio autèm loco inquit Missale *Incipit Missa*, quod isto planè modò venit intelligendum: Cathecumeni, Energumeni & Pœnitentes qui modò Audientes, modò Prostrati dicebantur, omnes peræquè instruebantur Lectionibus veteris & novi fœderis, Evangelium & Sermonem auscultabant, & ad Oblationem admittebantur; exibant deindè ab Ecclesia, & Missa Fidelium incipiebat, cui etiam poterant adesse Pœnitentes illi, qui Consistentes vocabantur eo quod poterant in Ecclesia stare seù consistere. Ratio hujus Ecclesiasticæ Disciplinæ fuit, quod Cathecumeni & Pœnitentes, in Audientium & Prostratorum gradu, sola instructione & morum correctione indigebant, nèc digni habiti erant præsentes esse occultioribus Sacrificii mysteriis, quæ illis celabantur.

Prioribus Ecclesię sæculis Episcoporum, Presbyterorum & Clericorum inferioris gradus alimonia, si non in integro, magna ut mini-

mum

mum ex parte á Fidelium oblationibus, quæ in Missa fiebant, pendebat: Diaconi eas undique colligentes, Ministris distribuebant; qua de causa præcipuas partes gerebant, & Archi-Diaconi Dignitas adeò summo fuit habita in honore, ut nedùm Presbyterorum Dignitatem adumbrarent Diaconi, sicuti vidére licet in Synodo Toletana quarta Præside Sancto Isidoro, verùm & Jurisdictioni Episcopi etiam aliquoties obsisterent: Undè Conciliis ab antiqua recedere disciplina hac in parte fuit opus. Qui malit, Toletanorum Præsulum Seriem per duodecim priora sæcula evolvat, & statìm millies inveniet ad Archi-Episcopale Fastigium evectos Diaconos præ Decanis, qui pòst Tridentinam Synodum tàm intrà quàm extrà Ecclesiam locum principem occupare meruere.

PER GLORIAM NOMINIS &c.

IN medietate Altaris non nisi in Festis solemnioribus, uti signum majoris Solemnitatis, dicitur Oratio *Per Gloriam* &c. Non me latet, raró aut nunquàm hodiè dici; verum præcipuis in Festis alto silentio præterire laudabilem adeò Cæremoniam non est consuetudini vertendum sed vitio: caveant igitùr Muzárabici á Rubricis Missalis recedere vel in Puncto, nè fortè temporis cursu in dies irrepant abusus.

Jure ac meritò in Festis solemnioribus, & maximè in Missa Sancti Jacobi Hispaniarum Patroni, canitur Oratio præfata, ut ad amplio-

pliorem devotionem, & ad majorem Dei gloriam mentes Fidelium excitentur; In eà per Beatissimæ Virginis MARIÆ & Beati Jacobi intercessionem Dominum Sacerdos precatur ut ad majorem Festivitatis celebrationem omnibus Sacro adstantibus auxiliari dignetur, & in medio Fidelium omnium adesse; nè Diaboli suggestionibus á sacra Mysteriorum meditatione, re, verbo, aut cogitatione avertantur.

Per annum quando non canitur in Missis *Per Gloriam*, Sacerdos absolutè íncipit inquiens *Ave Maria. In Nomine Domini Jesu-Christi* &c. Deindè Psalmus *Judica me Deus* cum reliquis ut in Præparatione ad Missam: sin verò Oratio *Per Gloriam* canitur, ea finita dicuntur *Ave Maria. In Nomine* &c. usque ad Antiphonam *Salve Crux preciosa* inclusivè.

℣. *Adjutorium nostrum in Nomine Domini &c.*

℣. *Sit Nomen Domini benedictum &c.*

PRæfati Versiculi cum Responsoriis ante Introitum Missæ dicuntur: á Deo in primis Subsidium postulamus ad Sacrificium ritè celebrandum: Sanctum ejus Nomen in altero benedicimus. Hìc velim cursìm animadvertas actus Latriæ multotiès fieri in Missa Muzárabica Sanctum Dei Nomen, & ejus mirabilia exaltando; verba aptiora ad ea exprimenda ex Davide desumendo: Sìc Job post tòt perpessas calamitates, tòt labores; *Sit Nomen Domini benedictum* clamabat:

Sic tres Pueri in camino ignis ardentis Deum per ejus Opera singulatim glorificant in Cantico *Benedicite*: Sic Raphael Angelus Tobim atque Tobiam ejus Filium alloqutus dixit illis *Benedicite Deum Cœli* &c. Sic in Sacrâ Scripturæ Paginâ similia passim ostendes.

AD MISSAM OFFICIUM.

Hæc dicit Dominus &c.

INtroitus iste Deum exprimit Sanctum Jacobum, dùm in mari cum Fratribus piscaretur, ut fieret Piscator hominum compellantem; Deum exprimit, omnes Inimicos ejus, qui Verbi Domini prædicationi obsistebant interimentem; Deum exprimit Nomen Sancti Jacobi nedùm in Hispaniis grande, sed ubique terrarum celeberrimum efficientem: Qua de causa ità undique confluunt Exteri ad Sancti Jacobi Apostoli Corpus Compostellæ venerandum, ut in omnem Terram exierit sonus ejus, & in fines Orbis terræ verba prædicationis illius.

℣. *Beatus Vir, qui timet Dominum &c.*

℣. *Gloria & Honor Patri, & Filio & Spiritui Sancto &c.*

IN Introitu Missæ antiquitùs non solùm decantabatur initium, sivè unius Psalmi Versiculus, exempli-gratia: *Beatus Vir, qui timet Dominum, in mandatis ejus cupit nimis.* Sed integer etiam Psalmus interea dùm utriusque Sexus Fideles assidebant, & proprium quisque locum in

Ec-

Ecclesia occupabat; Presbyteri etenìm cum Levítis, Subdiaconis, & Clericis sacro ministerio deputatis, in Præsbyterio sedem habebant: Diaconissæ ac Virgines sacræ in loco respectu Populi honorabili seorsìm ab aliis mulieribus adstabant: Viri sejungebantur á fœminis, ità ut inter utrumque sexum adesset divisio: Dùm igitùr Fideles ad unam Urbis Ecclesiam, veluti ad Sanctam MARIAM, Sanctum Petrum, & hujusmodi processionalitèr ibant, quod vocabatur *Statio* uti inscribitur in Missali Romano, suum unusquisque locum accipiebat secundum ordinem sibi congruentem statìm àc ingrediebatur Ecclesiam totusque intereà Psalmus cum *Gloria Pätri* canebatur.

GLORIA, ET HÓNOR &c.

Ex quartodecimo Canone quarti Concilii Toletani *Gloria*, & *Hónor Patri* &c. dici debebat ad finem cujusque Psalmi: Quod quidèm Sapientissimi Concilii Patres statuére verbum *Hónor* addendo, moti authoritate Davidis concinentis: *Afferte Domino Gloriam*, & *Honorem* &c. & Joannis Evangelistæ in Apocalipseos quinto: *Hónor*, & *Gloria Deo nostro* &c. *Dignus est Agnus accipere Divinitatem, Gloriam*, & *Honórem*; Nèc alterutrum redundat: Vox quippè *Gloria* significat Splendorem; *Hónor* verò insupèr addit Excellèntiam, Dignitatem, & Reverentiam: Undè Ecclesia universalis cum majorem Christi Triumphum sivè ingressum in Jerosolymam in Dominica Palmarum repre-

sen-

sentat, verba illa canit *Gloria, Hónor, Deus sit tibi Christe Rédemptor* &c. Sanctus Pontifex Dámasus Hispánus primus fuit, qui in fine cujuslibet Psalmi *Gloria Patri* &c. dici decrevit: Quod quidèm Divus Isidórus cum réliquis quarti Concilii Toletani Patribus præ oculis habuit, & verbum illud *Hónor* addidit non incongruè, non quia laudem cum *Gloria Patri* &c. sinè *honóris* vocabulo crederent diminútam, sed Trinitati Divinarum Personarum honórem magis ac magis deferri cupientes.

Toletana Concilia in fide ergà Individuæ Triados Mysterium collaudantur ab omnibus; eo quod in Synodo Tertia Spiritum Sanctum peræquè á Patre, Filioque procederè lucè meridiana clariùs exprimitur, quo sanè testimonio adversùs hæreticam pravitatem in antehabitis Conciliis nihil prorsùs legitur expressiùs: Et id ipsum nedùm in Symbolo fidei quartæ Synodi; verùm & in ulterioribus sæpiùs repetítum invenies: Obmutescant ergò Grçci Schismatici Sancti Spiritus Processionem á Patre, & Filio inficiantes, dùm eorum error testimoniis tàm antiquis retunditur.

PER OMNIA SEMPER SÆCULA SÆCULORUM GLORIA IN EXCELSIS DEO &c.

HYmnus ille *Gloria in excelsis* Doxologia á Græcis, á Latinis Angelicus appellatur, eò quòd ità in Christi Salvatoris exortu Angeli

ce-

cecinére: sed ex verbis illis *Laudámus te* usquè ad finem addidit Mater Ecclesia. Hic obitèr prænoscamus oportet verba illa *Laudámus, Benedicimus, Adorámus, Glorificamus*, & illa tèr repetita *Tu solus Sanctus, Dominus, Altissimus*, & alia id generis benè multa in hoc Hymno, utpotè in quibus summa Dei Bónitas, & Attributa laudantur, benedicuntur, adorantur, sunt Deo Trino gratiora. Prælaudatus Hymnus in Ritu Muzárabico, & incipit, & terminatur his verbis: *Per omnia sempèr sæcula sæculorum.* Eò quòd Deus est Sanctus, Dominus, Altissimus, sine fine & principio prædicandus, & propter magnam Gloriam suam ei sempèr gratiarum actio ubiquè persolvenda, hoc est, propter magnam ergà nos gratiam, & plenam nobis gloriam in futuro promissam.

ORATIO

CHRISTE CUJUS VIRTUS &c.

CUM in Missæ Orationibus specialis fiat memoria illius virtutis seù gratiæ, quæ in quolibet Sancto emicuit, et in Jacobo Apostolo virtus & potestas ad Dœmones fugandos, eosque é Corporibus ejiciendos resplenduerit, Deum precatur Sacerdos, ut ab adversantium impugnatióne Sancti Spiritus operante virtute immúnis Ecclesia defendatur, & in universo qua longè latèque patet terrarum Orbe Sancti Jacobi meritis exaltetur, quod verbo & opere docuit, ut ità credentium numerus & augeatur, & compleatur.

PER MISERICORDIAM TVAM DEVS NOSTER, QVI ES BENEDICTVS &c.

Dicat Presbyter in medium Altaris.

ANte Sacræ Scripturæ lectionem, Divinam Sacerdos Misericordiam implórat, ut audientium corda mulceantur, ut intus & extra præparentur; qua de causa salutando Populum inquit: *Dominus sit sempèr vobiscum* &c. ubì notandum venit verba illa *sit sempèr* ad majorem Fidelium intelligentiam proferri.

LECTIO LIBRI SAPIENTIÆ SALOMONIS &c. *JVSTVS SI MORTE &c.*

HIC advertendum occurrit non solùm Muzárabes Sacerdotes cánere Psalmos secundùm priscam versionem Italicam, verùm hoc fieri etiam Romæ in Summi Pontificis Sacello, Venetiarum in Templo Sancti Marci, & in Ecclesia Mediolanensi, ubì servatur Ritus qui dicitur Ambrosianus, si non quia fuit á Sancto Ambrosio institutus, at saltèm quia fuit auctus ab ipso, atque emmendatus.

In Romano Ritu Psalmi canuntur secundùm Vulgatam præter Psalmum *Veníte exultémus* &c. qui in Domini Epiphania secundùm præfatam antiquam versionem Italicam canitur. Cæteri sacræ Paginæ Libri qui in Muzárabum Officio leguntur, á nostra Vulgata in versione, non in sensu aliquatenùs discrepant, qui ut [redacted] in plurimum

con-

congruit Biblicæ translationi Sancti Hieronymi *Gothicis* scriptæ caracteribus, quæ in Bibliotheca Almæ Toletanæ Ecclesiæ Hispaniarum Primatis asservatur.

Veteris Testamenti Epistolâ finitâ Chorus respondet *Amen.* Deindè Populum, in signum mutuæ communicationis & pacis, iterùm salutat Sacerdos inquiens *Dominus sit semper vobiscum*. Adnotandum hìc est in Missa Muzárabica, ut in utraque Sacra Pagina Fideles instruerentur, geminam Epistolam legi; primam veteris Fœderis, quod fuit Legis Gratiæ typus, & alteram recentis Testamenti. Istiusmodi praxis vestigium servat hactenùs Romanus Ritus in Sabbato majoris Hebdomadæ, in Vigilia Pentecostes, & in aliis diebus Vigiliarum & Temporum; Siquidèm in Sabbato Sancto duodecim leguntur Lectiones de Mundi Creatione & Conservatione, ut Mirabilium Dei reminiscantur Fideles, & omnes omninò Prophetias in Christi Nativitate, Passione, Morte ac Resurrectione impletas recognoscant.

HYMNUS TRIUM PUERORUM.

ANGELUS DOMINI &c.

HYmnus hic est Festivitatis Beati Jacobi proprius; & omnes ejùs Versiculi, si posterum demas ex capite Psalmi *Confitemini Domino quoniàm bonus* &c. desumptum, ex Cantico *Benedicite* accipiuntur. Trium Puerorum Hymnus cani debet post *Apostolum*, post unam in-

quam

quam ex Epistolis quæ ex Apostolo passìm desumebantur, (undè teste Benedicto XIV. *De Missæ Sacrificio*, nomen sumpsit Epistolæ ex quarti Concilii Toletani Decreto) quod usque modò fieri constat; In Missis enìm per annum leguntur ejus Epistolæ, ut in Missali Muzárabum vidére licet. Lectionum & Epistolarum numerus non erat priscis illis temporibus affixus, uti cuilibet Missæ assignatus est hodiè, sed erat tùnc temporis liberum illas Scripturæ Sacræ Lectiones recitare, quæ secundùm congruentiam temporum ad Populi Doctrinam aptiores videbantur.

PSALLENDO.

POSUISTI DOMINE SUPER CAPUT EIUS &c.

Silentium facite.

LECTIO ACTUUM APOSTOLORUM &c.

IN ILLIS AUTEM DIEBUS &c.

SEcundam Epistolam præcedunt quidam Versiculi ex Scriptura desumpti, qui dicuntur *Canendo* vel *Psallendo*: Versus hi congruunt diei Festivitatis, ut in præsenti Missa *Posuisti Domine* &c. sicut in Romano Ritu stat Graduale unius Martyris.

Cæterùm ut accuratiùs & devotiùs sacræ Lectionis mysteria Fideles possint percipere, ante secundam Epistolam silentium illis indicitur; quod ante primam Lectionem omittitur consultò, ut intelligant

Fideles novum Testamentum esse complementum Veteris; Legem novam esse veritatem per Legem antiquam figuratam; Majorem denique curam adhibendam esse in præceptis Legis Gratiæ callendis, quàm Scriptæ, quæ morte Christi Jesu spiravit quoad Cæremonialia & Judicialia.

Ante Evangelium dicat Sacerdos

CONFORTA ME REX &c.

ANte Evangelii Lectionem á Deo efflagitat Sacerdos, dignetur confortare ipsum, eique rectum ac benè sonantem sermonem concedere ut placeat Deo & omnibus Circunstantibus: Deindè ab eo petit Benedictionem eisdem ferè verbis Romani Ritus inquiens: *Jube Domine benedicere* &c. Diaconus enimverò præmittit Orationem *Munda cor meum* &c. in qua Deum orat, ut ipsum ad sanctum Evangelium aptè nuntiandum, sicut labia Isaíæ calculò purgavit ignito, ità mundare dignetur.

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDÙM MARCUM CAP. X.

IN DIEBUS ILLIS &c.

NOtandum venit quòd in Missa Muzárabica post illa verba: *Lectio sancti Evangelii* &c. Chorus *Gloria tibi Domine* statìm res-

pondet: Et Evangelio finito, *Amén*; paritèr in Epistola dictis illis verbis: *Lectio Actuum Apostolorum* Chorus subjungit *Deo gratias*, & ad calcem ejus *Amén*, ut in Romano Ritu ad finem Evangelii dicitur *Laus tibi Christe*, & in fine Epistolæ *Deo gratias*. Ratio illius Cæremoniæ in eo consistit, quod statìm ac notatur Evangelii principium, Gloriam Deo præbent Latini & Muzárabes, hi verò eo finito respondent *Amén*, quasi ità fieri & adimplere cupientes sicut scriptum est: Similitèr in Epistolæ exordio grates Deo referunt, quia sacris instrui merentur, & per *Amén* ea finita ità velle credi, seù adimpleri respondent.

Cum Evangelium osculatur &c.

AVE VERBUM DIVINUM &c.

PResbyter Evangelio finito, super Evangelii caput imprimit Crucis signum, & mirabilia illa verba dicens: *Ave Verbum Divinum, Reformatio virtutum, Restitutio sanitatum* osculatur ibidèm; quæ Evangelii salutandi forma magnum significat gaudium quò Fideles Evangelii auditione replentur.

Evangelio concluso Chorus cantat *Lauda* recidens in idem ac *Laudes*, quæ ità Canone undecimo quartæ Toletanæ Synodi idcircò rectè vocantur, quia Fideles Evangelio vulgato magna cum exultatione Verbi Divini laudes & acclamationes effundunt, ad quod *Alleluia*

&

& congruentes Festivitati versiculi canuntur: Rationem assignat Concilium prælaudatum, quia laudes propter Christi Gloriam per Evangelium prędicatam Evangelium subsequi debent: Paritèr in Romano Ritu *Laus tibi Christe*, quod est Gloriam ejus laudare, dicitur Evangelio finíto.

Interim quod Chorus dicit Alleluia

OFFERAT SACERDOS HOSTIAM CUM CALICE &c.

ORATIO

Acceptabilis sit Majestati tuæ &c.

ORationes ad Hostiam & Calicem offerendum id ipsum fermè exprimunt quod in Romano Ritu, nimirùm, ut pro peccatis, & pro sanctæ Ecclesiæ stabilitate Deo sit acceptabilis Hostia, & in Calicis oblatione Dei Clementiam Sacerdos deprecatur, ut cum suavitatis odóre ante conspectum ejus ascendat, & Christi ejus Filii Sanguis benedicatur: licèt enim adhùc in Ara non sit, tamèn ad Consecrationis tempus verba referuntur, uti verba illa in ordine Romano *Hostiam immaculatam*, & *Calicem salutaris* exponunt omnes ad unum.

Tria sunt in pręsenti monenda: Primum, fieri in aere Crucis signum cum Paténa suprà locum ubì Hostia locari debet dicendo intereà: *In Nomine* &c. priusquàm super Corporalia Paténa cum Hostia dimittatur: Alterùm, (quod est in Muzárabico Ritu singulare) Hostiam non tantùm supra Corporalia, verumetiàm super Paténam in

Al-

Altari esse debére: Postremùm, dùm sanctificatur Calix, seù benedicitur dicendo: *In Nomine Patris* &c. signum extensa manu super Calicem fieri.

POSTQVAM CALICEM IN ARA REPONIT

Filiolam sumat, & super ipsum ponat sine sanctificatione, (id est: sine benedictione) *dicendo:*

ORATIO.

Hanc oblationem &c.

SAcerdos precatur Deum, ut placatus oblationem accipiat, & omnium offerentium, eorumque pro quibus offertur, piacula indulgeat. Suprà dixisse meminimus, Christum Dominum esse in Altaris Sacrificio præcipuum Offerentem; Sacerdotem verò Christi vices gerentem; modò adjicimus eum, qui stipendium ministrat, eos qui Panem, Vinum, & alia sivè ad Sacrificium, sivè etiàm ad Ministrorum alimoniam offerunt, cunctos deniquè Sacrificio interessentes, minùs principales Offerentes censéri: pro offerentibus ergò præter Christum, & pro omnibus in quorum offertur commodum, Sacerdos deprecatur.

Junctis deindè manibus sese inclinando dicat:

IN SPIRITV HVMILITATIS &c.

Veni Sancte Spiritus Sanctificator &c.

DEprecationes præjactæ eisdem ferè constant verbis quibus in

Ro-

Romana Missa leguntur, nihilosecius adnotare libet, Muzárabes Spiritum Sanctum alloquendo, sæpiùs eum & Sanctum & Sanctificatorem vocare, quæ verba simùl conjuncta in Formula Fidei Toletanorum Conciliorum pluriès repetita inveniuntur! Veteres tùm Græcæ, tùm Latinæ Liturgiæ huic cónsonant praxi: Ex Cantico trium Púerorum, qui in ignem Babylonicum fuere conjecti, Oratio *In spiritu humilitatis* deducitur ut Sacra Scriptura demonstrat. Deum igitùr orat Sacerdos maxima cum humilitate & in animo contríto, ut suæ ab eo Preces suscipiantur, Divinæque placeant Majestati; & verba illa: *Sic fiat Sacrificium nostrum* &c. hoc eodem in sensu intelliguntur, quandoquidèm si de Christo, qui est verum, proprium & principale Sacrificium, loqui velimus, nunquàm Filius suus dilectus, in quo sibi benè complacuit, Parenti Deo poterit displicere. Ubì Presbyter Deum Patrem deprecatur, cum orat ut Spiritum Sanctum mittere dignetur, dùm verò Paraclytum ipsum alloquitur, ut in Oratione præsenti: *Veni Sancte Spiritus* &c. *Veni, non mitte* pronuntiat.

Inclínet se junctis manibus, & dicat

ORATIONEM.

DOMINE DEUS OMNIPOTENS PATER &c.

JUxta Doctorem Angelicum Divum Thomam manus junctæ & incli-

clinatio Corporis demonstrant humilitatem Sacerdotis & obedientiam Christi. Ad Deum Patrem hæc dirigitur Oratio, ut hoc laudis Sacrificium, quod offertur ad Nominis sui gloriam & honorem, benedicere & sanctificare dignetur. Hìc fit iterùm animadversione dignum, ad Hostiæ & Calicis oblationes pro consecrationis tempore, hæc quæ præcedunt verba, fore referenda: Si sacræ solùm Preces á Sacerdote prolatæ pro laudis Sacrificio intelligantur, proprio etiam sensu, fateor, verificantur; verùm reapse primum magis innuunt & vero Sacrificio commodiùs adaptantur.

INCENSI BENEDICTIO.

JUBE DOMINE BENEDICERE &c.

INcensum eodem ferè modo ac in Romano Ritu benedicitur; Petit nàmque Sacerdos, ut Deus in cujus honorem est cremandum, ipsum benedicat: Incensum significat Orationem seù elevationem mentis in Deum: Magi incensum Christo, tamquàm Deo, Aurum uti Regi, & uti mortali Myrrham obtulére: Nedùm in Dei, verùm & in honorem Sanctorum Martyrum, quorum Reliquiæ in Altari sunt, istud incensatur; primis siquidèm Ecclesiæ temporibus supra Corpora Sanctorum, & in Reliquiarum loco Missa celebrabatur: Præcipitur ab Ecclesia ut Altaris Ara, supra quam debet Calix & Hostia locari, sacro sit Chrismate consecrata, & secundùm Pontificale Romanum etiam apponuntur in ea Reliquiæ in parvulo sepulchro.

Di-

Dicat inter incensandum Presbyter

ORATIONEM
PLACARE DOMINE &c.

SAcerdos inter incensandum orat ut suo Deus Populo placari dignetur, suisque parcere peccatis, ità ut Dei Furor & Ira, qua justè pro reatibus affligitur, quiescat; itidèm deprecatur Sacerdos, ut tàm ipse, quàm Populus sint Deo bonus Odor in vitam æternam; nàm sicut balsamum bonæ famæ, sic thus omnium virtutum significat odórem; quare in veteri etiàm lege in Dei honorem cremabantur Thymiamata sivè odóres; immò Ethnici Diis suis hodie-dùm thura adolére solent.

Junctis subindè manibus Sacerdos in medio Altaris inclinatus dicat:

ADJUVATE ME FRATRES IN ORATIONIBUS &c.

SUA ad Deum vota debent invicèm adunare Fideles, veramque Pacem, & Communionem servare ut Sacrificium sit Deo gratiùs; quocircà in Romana Missa dicitur *Orate fratres*, cui in Muzárabica respondet *Adjuvate me fratres*, & Chori responsio: *Adjuvet te Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus*, responsioni Ministri *Suscipiat* &c.

Sa-

Sacerdos vertat se ad Populum, & faciat Offertorium si voluerit.

Ad Offertorium Populi dicat Sacerdos Offerenti:

CENTUPLUM ACCIPIAS &c.

SUprà diximus Fideles in Missa Panem & Vinum ad peragendum Sacrificium antiquitùs obtulisse, necnon alios Terræ fructus ad Ministrorum Altaris sustentationem: hos fructus oblatos á Fidelibus Presbyter benedicebat: hodie-dùm Panis coctus, Vinum, Carnes, & id genus alia benè multa in nonnullis Hispaniæ Diœcesibus offeruntur. Cùm Sacerdos Offerenti dicit *Centuplum accipias, & vitam æternam possideas*, verba desumit ex Domini Evangelio; & equidèm qui Altari quidquam ejusvè Ministris offert, adeò fœnerat Domino, ut & in præsenti centum, & vitam æternam recipiat in futuro.

BENEDICTIO PANIS.

Adjutorium nostrum &c.

SIT NOMEN DOMINI BENEDICTUM &c.

ORATIO

BENEDIC DOMINE CREATURAM ISTAM PANIS &c.

IN memoriam modò revocemus oportet Eulogias, quæ primis Ecclesiæ sæculis inter Fideles distribuebantur, & aliud certè non erant, quàm

quæ Panis á Sacerdote in Missæ Sacrificio benedictus, ut hactenùs in Muzárabica Missa & in aliquibus Hispaniæ Paræciis Panem post Offertorium benedicendi praxis servatur: Qui quidèm posteà, *Agnus Dei* &c á Sacerdote prolato, distribuitur inter adstantes Missæ Sacrificio, & ideò charitatis Panis appellatur. Profectò & si ab Agapis, seù charitatis conviviis quæ in Ecclesiæ incunabulis fiebant, longissimè distet, ad servandum tamèn inter Fideles unionem & charitatem maximè confert.

Deum igitùr orat Sacerdos, ut quemadmodùm in Deserto ad quinque millia hominum saturanda quinque Panes benedixit, & sicut rursùs tribus Panibus, duobusque Piscibus septem hominum millia saturavit, sic creaturam illam Panis dignetur benedicere, & Panem nobis donáre quotidianum, & hujusmodi Panis benedictione á Sacerdote peracta, cuncti gustantes ex illo, si dispositi ad tantum Missæ Sacrificium accedant, possint tàm animæ quàm corporis sanitatem recipere. Hoc deindè modo Sacerdos benedictionem impertit: *Benedictio Dei Patris Omnipotentis & Filii & Spiritus Sancti descendat super hunc Panem, & super omnes ex eo comedentes*. Trium Individuæ Trinitatis Personarum sæpiùs factam repetitionem monuimus: Certè nunquàm satis mirari possumus priscorum Hispanorum fidem erga tàm sacrosanctum Mysterium, cujus iterata expressio minimè fastidiens eò tendit ut in Ejusdem virtute cuncta ab eisdem sanctificentur.

Se-

Sequitur manuum ablutio, & Sacerdos dicit intereà

LAVABO INTER INNOCENTES &c.

IN Romana Missa præsignatus Davidicus Psalmus integer recitatur; verumtamèn in Muzárabica Missa aliqui tantummodò dicuntur Versiculi, scilicèt, *Lavabo* &c. *Ut audiam* &c. *Nè perdas* &c. illos ergò Versiculos, qui expressiùs ad litteram fantur de Davide, Hispani Pates consultò videntur præteriisse; nimirùm *Domine dilexi decòrem* &c. &insuper *Ego autèm in innocentia* &c. In primo etenìm loquitur de suo ardenti desiderio in ædificanda Domo ubì Dei Arca requiesceret: dilexit magnopere decórem Domus Dei & Locum habitationis Gloriæ ejus; Etenìm usque in tempus illud Dei Arca vel in Papílionibus, aut in Silo sine sede, decóre, domicilio manebat: Nèc tantùm Arcam decentèr locare in Jerusalem Regius Psaltes desiderabat, sed magnificentissimum illi Templum insuper extruere: Quod Dominus Filio ejus Salomoni pacifico, qui manus sanguine haud intinxerat, meritò reservavit.

Prælaudatus alter Versiculus *Ego autèm in innocentia mea* &c. qui etiam ad litteram de Davide intelligitur, forte in Ritu Muzárabico propter humilitatem omittitur; cæterùm aliis in Liturgiis congruentèr recitatur, siquidèm per illa verba *Redime me*, *&* *miserere mei*, in queis nobis opus esse fatemur Redemptoris auxilio, satìs superque Christiana commendatur humilitas.

Et

Et dicat silentio super Oblationem cum tribus digitis:

IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI &c.

QUæcumque in Missa fiunt signa in modum Crucis ideò formantur, quia per eam redempti sumus, & Imagini Filii Dei fieri per Crucem conformes concupiscimus: Quibusnam in Liturgiis brachia etiam extendunt aliquotiès in Crucis formam, ut faciunt Dominicani aliique Regulares proprium servantes Ritum.

Ista Sacerdos verba, & Orationem quæ sequitur, silentio dicere debet; ubì notandum obitèr quædam in Missa clara voce proferri, ea nempè, quæ á Choro decantantur; Quædam secretò, alia mediâ voce, prout præcipit Rubrica, & in Missa Muzárabica quæcumque istam benedictionem præcedunt, clarâ voce pronuntiari debére; anteà quippè nèc verbum reperítur quod præcipiat silentio aliquid proferendum esse. A cunctis Fidelibus, etiàm Cathecumenis, & Pœnitentibus prostratis poterant exaudiri quæcumque benedictionem istam præcedunt; quæ subsequuntur verò minimè, undè statim de Ecclesia dimittebantur. Réliquis etiàm Fidelibus, qui in integrum Missæ intererant, nonnulla clara voce, quædam verò secretò dicebantur, ut eorum fiat discretio verborum, in quibus præcipua Sacrificii ratio consistit, quæ publicè proferri non oportet.

In-

Inclinet se Sacerdos ante Altare, & dicat silentio istam

ORATIONEM
ACCEDAM AD TE &c.

QUI de Rubricis Romani Missalis scripsére, trinam inclinationem distinguunt, medii Corporis, (scilicèt, primam *profundam*, secundam *mediam*, tertiam *minimam* appellantes,) humerorum & Capitis tantùm, quotiès Missale Muzárabum inquit, ut in hac Oratione, *inclinet se Sacerdos*, profundè intelligi debet: Quæ quidèm inclinationes indicant majorem illam humilitatem & devotionem, qua Preces nonnullas atque Orationes dicere debemus, quod & Christus Dominus docuit dùm oravit Patrem in Horto, Nosque pro verborum modo & congruentia, quibus exoramus Dominum, Latreuticum Deo Cultum exhibére tenemur.

Magna igitùr sui spiritus humilitate ad Deum accédit Sacerdos, & quamvìs indignus, spe magna & fortitudine ab ipso confortatur, & Christum, qui revelato suæ Incarnationis Mysterio ad Mundum venit in Carne, deprecatur ut suæ Crucis clave Cordis Sacerdotis secreta adaperire, & unum de ordine Angelorum, qui propter Divinæ Charitatis ardorem vocantur Seraphim, mittere dignetur, ut sicut uno ex his Spiritibus Isaïæ Prophetæ labia carbone candenti de Altari sublato purgavit, sic & Sacerdotis labia emundentur, illustretur mens, & docendi materia ei ministretur, ac lingua quæ Proximorum saluti per Charitatem deservit, in errorem nunquàm labatur, sed fidei & veritatis sempèr canat præconium.

IN-

INCIPIT MISSA.

HIC INCIPIT MISSA,

QUÆ VOCABATUR FIDELIUM, ET MAIORA CELEBRANTUR MYSTERIA.

DOMINUS SIT SEMPER VOBISCUM &c.



EQUENS ORATIO NON DICATUR æqualitèr *Christe cujus Virtus &c.* Cùm Rubrica Missalis Muzárabici prohibet Orationem dicere æqualitèr, non eodem tono cani debére intendit, sed voce magis submissa; Cùm verò dicit æqualitèr, unisono tono, altè nempè absque vocis ascensu vel descensu canitur. Oratio illa: *Christe cujus Virtus* &c. est B. Jacobi propria.

Dicat Presbyter:

PER Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis, & omnia regis in sæcula sæculorum.

Chorus respondet: Amèn.

ISTA verba cani debent altâ voce, & unisonè.

Dicat Sacerdos manus elevando:

OREMUS.

Respondet Chorus AGYOS, AGYOS, AGYOS &c.

MAnuum elevatio mentis elevationem, & majorem intensionem denotat; Cùm Manus junguntur in Missa, Divinæ Essentiæ Únitas in Personarum TRINITATE notatur.

Posteà dicat Presbyter:

ECCLESIAM SANCTAM CATHOLICAM IN ORATIONIBUS IN MENTE HABEAMUS &c.

HÌC incipit Memento, non tamèn ut in ordine Romano sed expressiùs: Primò enìm orat Sacerdos pro Universa Ecclesia Catholica, quæ Oratio, ut ait Divus Augustinus loquendo de Sancto Fructuoso *dùm oravit pro Ecclesia ab Oriente usquè ad Occidentem*, est perfectissima omnium; Neminem enìm præterit, qui pro omnibus orat, & præcipuè in hoc nostro Ritu, ut Deus Fide, Spe & Charitate Ecclesiam ampliare dignetur.

ORATIO.

VOCANTEM NOS AD SE &c.

HÌC incipit Commemoratio Sancti Jacobi Apostoli, & Dominum exôrat Sacerdos, ut sicùt ille Fide intrepida Retia reliquit, ac

Jesum.

Jesum-Christum est secutus, sic nos nihil in fide hæsitemus, & Redemptorem sequamur.

PER MISERICORDIAM TUAM &c.

SEQUITUR COMMEMORATIO APOSTOLORUM, MARTYRUM, CONFESSORUM ET VIRGINUM.

OFFERUNT DEO DOMINO OBLATIONEM

Sacerdotes nostri Papa Romensis, & reliqui &c.

ANtiquitùs in Diptychis, quæ erant Tabulæ in tres partes divisæ, & complicari faciles, recitabantur nomina Benefactorum Ecclesiæ: In hoc Ritu Muzárabico idèm servatur & incipit Oblatio á Capite visibili Ecclesiæ, qui etiam est offerens ratione Communionis Capitis cum Membris, scilicèt, cum Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis ac omni Populo. Hic mos ab antiquo diù viguit in Oriente secundùm Nicephorum 1. 16. In Ordine Romano etiam dicitur: *Memento Domine famulorum famularumque tuarum N. N. Et omnium Circumstantium pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc Sacrificium laudis pro se, suisque omnibus* &c. Quibus præcipuè comprehenduntur Subministrantes Eleemosinam, & Adstantes Sacrificio.

FACIENTES COMMEMORATIONEM

Beatissimorum Apostolorum &c.

HÆC Oratio Respondet *Communicantes* ut apponitur in Missali Ro-

Romano, primò etenim fit memoria Sanctæ MARIÆ Virginis, & posteà in particulari Sanctorum Petri &c.

ITEM PRO SPIRITIBUS PAUSANTIUM, Hilarii, Athanasii &c.

HÆC Commemoratio dubioproculdubio est illa quæ fiebat in Diptychis, & complectitur non solùm quosdàm Sanctos Doctores & Benefactores Ecclesiæ Universalis in eorum honorem, sed etiam particulares Benefactores Ecclesiæ Toletanæ, vel grati animi significatione, vel respectivè in Suffragium, tàm Archiepiscopos qui fuerunt tempore Dominationis Saracenorum, quàm post excussum jugum Mahumeticum, ut sunt, Bernardus, Raymundus, Joannes, Cerebrunus, Gundisalvus, & adnotare oportet non esse appositos ordine Chronologico. Deniquè eis adjunguntur quidam Laici speciales Benefactores Ecclesiæ Toletanæ.

Respondet Chorus:

ET OMNIUM PAUSANTIUM;

HOC EST OMNIUM BENEFACTORUM IN PACE QUIESCENTIUM.

Dicat Presbyter:

POST NOMINA.

ORationes præcedentes vocatur *Nomina*, quia in eis nomina

San-

Sanctorum & Benefactorum recitantur, & ob hoc sequentes appellantur *Post Nomina.*

ORATIO

VIVANT IN NOBIS &c.

DEUM orat ut sicut Beatus Jacobus æquanimitèr patientèrque sustinuit inlatus tentationis, hoc est, impetus, invasiones, irruptiones tentationum, ità & nos sine fine vivamus in pace, Communione Fidelium, & Charitate.

Dicat Prèsbyter:

QUIA TU ES VITA VIVORUM &c.

HÆC Oratio est veluti conclusio præcedentium Deprecationum, & Commemorationum, Sanctorum scilicèt, quorum Deus Vita est, sicuti Justorum Infirmorum Sánitas, ac requies omnium Fidelium Defunctorum.

Posteà dicat ad Pacem.

ORATIO

SUSCIPE JESU BONE IN HOC NATALI JACOBI APOSTOLI &c.

IN Confirmationem Dictorum Jesum deprecatur Sacerdos, ut suscipiat Offerentium Vota, refrigerium præstet Animabus Defunctorum

in Purgatorio pœnas luentium, & Sacrificium prosit Vivis & Defunctis.

Posteà dicit Sacerdos:

QUIA TU ES VERA PAX NOSTRA, ET CHARITAS INDISRUPTA, &c.

Dicat Presbyter elevando manus:

Gratia Dei Patris Omnipotentis, Pax ac Dilectio Domini Nostri Jesu-Christi, & Communicatio Spiritus Sancti sit sempèr cum omnibus Nobis.

HOC loco notare libet distinctionem Trium Personarum in Sanctissima TRINITATE: *Gratia* tribuitur Deo Patri, ut Causæ efficienti, *Pax* & *Dilectio*, præcipui effectus Gratiæ, tribuuntur Filio, qui *Pacem* Apostolis cunctisque Fidelibus Testamento reliquit, & cum dilexisset suos, mandatum novum illis dedit ut diligerent invicèm; *Communicatio* verò prædictæ Gratiæ, fructuum ejus & Donorum attribuitur Spiritui Sancto seù Amóri Spirato, qui est Dator munerum, Donum increatum, & Donum Donorum, ex Amóre enìm Divino omnia Nobis procedunt, & communicantur. Non absimili ratione in ordine Romano canuntur hæc in Officio Sanctissimæ TRINITATIS: *CHARITAS PATER EST, GRATIA FILIUS, COMMUNICATIO SPIRITUS SANCTUS, O! BEATA TRINITAS!*

Res-

Respondeat Chorus:

ET CUM HOMINIBUS BONÆ VOLUNTATIS.

Dicat Presbyter:

QUOMODÒ ADSTATIS PACEM FACITE.

Respondeat Chorus:

PACEM MEAM DO VOBIS, PACEM MEAM COMMENDO VOBIS, NON SICUT MUNDUS DAT PACEM DO VOBIS.

℣. NOVUM MANDATUM DO VOBIS, UT DILIGATIS INVICÈM &c.

Et reliqua usque ad INTROIBO.

PLenæ sunt Mysteriis antecedentes Preces ad Pacem dandam, propriè enìm denotant Pacis vinculum fuisse magnoperè & multotiès á Christo Domino veluti hæreditatem Christianorum in ultima Cœna commendatum; Reverà Angeli in Nativitate Domini Pacem Hominibus bonæ Voluntatis annuntiarunt; Ipse Dominus & Apostoli dicebant in salutatione *Pax vobis*; Quod Summus Pontifex sempèr, & Episcopi aliquotiès loco *Dominus vobiscum* repetunt; Et non innuùnt prædictæ Preces Pacem mundi, sed Christi; Non quomodò mundus dat; Mundani nàmque & Sæculi amatores dixerunt: *Pax, Pax, &*

non

non erat Pax, sed ut novum & principale Mandatum dilectionis ad invicèm vera in charitate fundatum; Et hoc ritè observatur ante Communionem ut adimpleatur Domini Sententia, *Si offers munus tuum ad Altare vade priùs reconciliari Fratri tuo.*

Priscis Ecclesiæ sæculis Pax dabatur omnibus Christi Fidelibus amplexu & osculo, ut nunc quoque fit cum Episcopis, ejus Assistentibus, Diacono & Subdiacono, sed ob gravia incommoda hæc consuetudo in desuetudinem abiit erga Laicos & Fœminas, tantùmque porrigitur illis, ut deosculentur, signum quoddam Aureum vel Argenteum cum Imagine Crucifixi.

INTROIBO AD ALTARE DEI &c.

AD DEUM QUI LÆTIFICAT JUVENTUTEM MEAM.

IN Missa Muzárabica primus signatur Introitus ad Missam Cathecumenorum, hìc autèm alter proximior ad consecrationem in Missa Fidelium, & ut se præparent subsequitur quædam Præfatio, seù Inlatio, videlicèt.

AURES AD DOMINUM.

ANte *Sursum Corda* dicitur *Aures ad Dominum*, & non abs re, fides nàmque ex auditu, & corde creditur ad Justitiam.



SUR-

SURSUM CORDA.

INLATIO.

DIGNUM, ET JUSTUM EST NOS TIBI SEMPER GRATIAS AGERE DOMINE SANCTE PATER ÆTERNE &c.

VOcatur *Præfatio* in ordine Romano quasi priùs Populum instruere, seù præfari intendat Sacerdos, Et *Inlatio* in Ritu Muzárabico quasi illatio ex ante dictis: In hac Inlatione Ritus Muzárabici Vita Sanctorum, & Martyrium describitur, ità ut sit breve Compendium Actorum Sancti cujus Festivitas agitur, ut in Inlatione Sancti Laurentii & aliorum vidéri poterit.

Respondeat Chorus:

SANCTUS, SANCTUS, SANCTUS, &c.

AGYOS, AGYOS, AGYOS, KYRIE O THEOS.

Posteà dicat Presbyter:

VERE SANCTUS, VERE BENEDICTUS &c.

UT Sacerdos dùm hæc verba profert, in majorem se excitet reverentiam sedulò recogitet Seraphim stantes juxta Thronum Dei, & quatuor animalia plena oculis ante & retrò ut in Isaïa, & Apocalypsi legitur, SANCTUS, SANCTUS, SANCTUS proclamasse. In

Ecclesia Orientali fuit usitatissimum Canticum Trisagyon illud scilicèt, AGYOS O THEOS, AGYOS ISCHYROS, AGYOS ATHANATOS, ELEYSON IMAS, SANCTUS DEUS, SANCTUS FORTIS, SANCTUS IMMORTALIS, MISERERE NOBIS; Nàm cùm Urbs Constantinopolitana tàm ingentibus, & diuturnis Terræmotibus quateretur, ut omnes Cives cogerentur sub dìo habitare, accidit ut püerulus cunctis spectantibus in altum eveheretur, & cùm supra nubes elatus omnium oculos effugeret, post temporis spatium descendere visus est, & interrogatus ad quid ad Cœlum fuisset evocatus, aut quid audiverit, respondit Angelicos Spiritus cecinisse prædictum *Trisagyon*: hoc audíto omnes unâ voce illud decantarunt, & statìm terra quievit. Prætereà D. Ambrosius, & Augustinus in Cantico *Te Deum*, quod illis alternatìm componentibus non absque fundamento tribüitur, in honorem Sanctissimæ TRINITATIS illum versiculum protulerunt: *SANCTUS, SANCTUS, SANCTUS DOMINUS DEUS SABAOTH.*

Deindè dicat Sacerdos in silentio junctis manibus inclinando se ante Altare

ORATIO

ADESTO, ADESTO JESU BONE &c.

HIC incipit Sacer Canon Missæ Muzárabicæ; quamobrem verba

ba secretò proferuntur, & inclinatio Corporis significat majorem reverentiam.

Primò invocat Sacerdos, & enixè implorat assistentiam Gratiæ Domini Nostri Jesu-Christi, Summi Æternique Pontificis, *ut dignè Sanctificata sumamus per manum Sancti Angeli sui*: Hæc postrema verba magnâ indigent explicatione, possunt tamen interpretari eodem modo ac interpretantur illa verba Orationis *Supplices te rogamus* in Missali Romano, in quibus Sacerdos Deum orat, ut jubeat oblata perferri per manus Sancti Angeli sui in sublime Altare suum in conspectu Divinæ Majestatis suæ. *Jube hæc perferri per manus Sancti Angeli tui*: Verba certè subobscura; nàm cum nèc Dominus Noster Jesus-Christus, nèc ejus verum Corpus & Sanguis indigeant manû cujusdam Angeli ut ascendant ad conspectum Dei Patris Omnipotentis, cujus dexteram Verbum Divinum non amittit: *Nèc Patris linquens dexteram*, neque etiam Caro factum eam deserit ob præsentiam in Sacramento, *In sempiternum enim sedet in dextera Dei*, difficultas exoritur non modica circa talium verborum intelligentiam, & ut eam solvamus juxta Doctrinam Benedicti XIV. ex Angelico Doctore desumptam, asserimus debere intelligi non de ipsomet Sacrificio Corporis & Sanguinis Christi, sed de Orationibus Sacerdotis & Populi, quas in sublime Altare Dei, (quod dicitur vel ipsa Ecclesia Triumphans in quam transferri, vel ipse Deus cujus participationem petimus,) perferri orat per manum, 3. *P. Q.* 83. *Art.* 4. *ad* 9.

seù

8. 4. seù ministerium Angeli, juxta illud Apocal. *Ascendit fumus Incensorum de Oblationibus Sanctorum de manu Angeli.*

Simili modo in Ritu Muzárabico Jesum-Christum orat Presbyter, *Ut Sanctificata sumat per manum Angeli*, hoc est, non ipsum Corpus & Sanguinem quod propriis manibus sumitur Sacerdotis, sed orat ut sicut Angelus obtulit orationem Tobiæ Domino, ità ministerio, ope & assistentia Angeli adstantis Sacrificio ascendant Orationes ad Deum, ut dignè sumat Sacerdos Sanctificata. His accedit Jesum sacris in Litteris vocari magni Consilii Angelum, & in hoc sensu verissimum est quòd ipse Christus á se Patri Æterno offertur, & quòd Corpus suum Mysticum quod in hoc Sacramento significatur, id est, Fideles, Deo Patri conjungit, & Ecclesiæ Triumphanti; Et ideò hoc Sacrificium etiam *MISSA* nominatur, quia per Angelum Sacerdos preces ad Deum *MITTIT*, sicut Populus per Sacerdotem.

DOMINUS NOSTER JESUS-CHRISTUS

IN QUA NOCTE TRADEBATUR ACCEPIT PANEM &c.

HOC EST CORPUS MEUM

QUOD PRO VOBIS TRADETUR.

Hìc elevetur Corpus.

QUOTIESCUMQUE MANDUCAVERITIS, HOC

FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM.

Si-

Similitèr & Calicem postquàm cœnavit dicens:-:

HIC EST CALIX NOVI TESTAMENTI IN MEO SANGUINE, QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM.

HÆC est forma Consecrationis propria Ritus Gothici, & quamvis hodiè Sacerdotes hujus Ritus ad omnem ambiguitatem tollendam utantur verbis in Missali Romano appositis, non tamèn fas est dicere non fuisse ritè & validè factam Consecrationem tempore quo formâ Ritus Gothici usi fuere, sunt nàmque substantialitèr eadem verba. S. Matthæus apponit hæc verba in Consecratione Corporis:-: *Hoc est Corpus meum*; Et in Consecratione Calicis: *Hic est enìm Sanguis meus Novi Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* D. Marcus in Evangelio dicit: *Sumite; Hoc est Corpus meum*; Et in Consecratione Calicis aìt: *Hic est Sanguis meus Novi Testamenti, qui pro multis effundetur.* D. Lucas hæc profert: *Hoc est Corpus meum, quod pro vobis datur*; Et in Consecratione Calicis hæc: *Hic est Calix Novum Testamentum in Sanguine meo, qui pro vobis fundetur.* Et Apostolus ait: *Dominus JESUS in qua nocte tradebatur accepit panem, & gratias agens fregit & dixit: ACCIPITE ET MANDUCATE; HOC EST CORPUS MEUM, QUOD PRO VOBIS TRADETUR. Similitèr & Calicem postquàm cœnavit dicens: HIC CALIX NOVUM TESTA-*

MENTUM EST IN MEO SANGUINE. En in his omnibus ipsa verba, quæ ponuntur in Missali Gothico.

Cum autèm in re tanti momenti non liceat asserere fuisse variationem substantialem & essentialem, seù contradictionem inter ipsos Evangelistas & Apostolum, optimè possunt conciliari; Ideòque licet in Liturgia S. Joannis Chrysostomi, & Ecclesiarum Orientalium, nècnon in Ritu Gothico inveniamus formam non omnibus verbis expressam quibus in Missali Romano, sed secundùm Sanctos Matthæum, Marcum, Lucam & Paulum, non audemus affirmare non ritè & validè consecrasse Patres Græcos Chrysostomum, Basilium, Gregorios & Alios, qui Ecclesiam Dei Doctrinâ & Scriptis illustrarunt: Sicut nèc etiam credimus Hispanos & Gallos Leandrum, Isidorum, Ildephonsum, Braulium, Fulgentios, Eugenios, Eulogium, Hilarium, Martinum Turonensem, Aliosque quamplures Ritu Gothico ut ex pervetustissimis Codicibus & temporum ratione liquet, consecrantes, non rectè id fecisse.

Nèc Angelicus Præceptor nobis adversatur; licet enim quærat *Utrùm hæc sit conveniens forma Consecrationis Vini: HIC EST CALIX SANGUINIS MEI* &c. & asserat omnia hæc verba prout in Ritu Romano esse de Substantia formæ, dicit tamèn verba quæ sequuntur ad hæc: *HIC EST CALIX SANGUINIS MEI* pertinere ad *INTEGRITATEM* ejusdem locutionis; & quod *per prima Verba, cum dicitur HIC EST CALIX SANGUINIS MEI, significatur ipsa conversio Vini*

3. *P. Q.* 78. *Art.* 3.

in

in Sanguinem eo modo quo dictum est in forma Consecrationis Panis.

Undè cum ex ipso Angelico Præceptore quia *Consecratio Panis consistit in conversione Substantiæ Panis in Corpus Christi, & oportet formam Sacramenti significare id quod in Sacramento efficitur, forma Consecrationis Panis debet significare ipsam conversionem Panis in Corpus Christi quod exprimitur per hæc verba: HOC EST CORPUS MEUM,* quæ sunt forma essentialis Consecrationis Panis, paritèr si ex eodem D. Thoma *per prima verba Consecrationis Calicis, cum dicitur: HIC EST CALIX SANGUINIS MEI, significatur ipsa conversio Vini in Sanguinem* (en Transubstantiatio) *eo modo quo dictum est in forma Consecrationis Panis,* solùm hæc verba erunt essentialia ex Sententia ipsius D. Thomæ in forma Consecrationis Calicis. 3. P. Q. 78. Art. 2.

Id ampliùs ex eo confirmatur quia numquàm in SUMMA Angelici Magistri invenietur cætera verba Consecrationis Vini esse essentialia, vel necessaria necessitate Sacramenti, sed tantum agitur de *CONVENIENTIA* appositionis illorum per hæc verba: *Utrùm hæc sit conveniens forma Consecrationis Vini: HIC EST CALIX SANGUINIS MEI &c.* & solùm loquitur de *INTEGRITATE* non de essentia per hæc alia: Undè *pertinent ad INTEGRITATEM ejusdem locutionis;* Sicque cum D. Thomas affirmat omnia illa verba esse de Substantia formæ, non de Substantia essentiali sed de *INTEGRALI,* sicuti Brachium v. g. est de Substantia integrali hominis, non de ejus

es-

essentia, nèc de necessitate simplicitèr, sed de necessitate *CONVENIENTIÆ* intelligendus venit; Intentum nàmque Angelici Doctoris dùm prædicta disserit est statuere & defendere quod Ecclesia Romana convenientèr & rationabilitèr utitur omnibus illis verbis in Consecratione Calicis, ad quod sufficit quod pertineant substantialitèr non ad essentiam sed ad *INTEGRITATEM*, & quod adsint rationes, quas vidére interest in ipso D. Thoma, mirificè suadentes quod *CONVENIENTISSIMUM* sit ea omnia verba exprimere.

Denique, ut mihi quidèm videtur, decretoria sunt quæ sequuntur ad Mentem Angelici Præceptoris dignoscendam. Rogat enìm alibì absolutè & sine addito termini *conveniens*, utrùm *hæc sit forma Sacramenti Eucharistiæ: HOC EST CORPUS MEUM, & HIC EST CALIX SANGUINIS MEI* (sine additione signi *&c.* quod clare innuit solummodò de his expressis verbis loqui) Et sìc respondet: *Forma hujus Sacramenti importat solam Consecrationem materiæ, quæ in transubstantiatione consistit; putà cum dicitur: HOC EST CORPUS MEUM, vel HIC EST CALIX SANGUINIS MEI: Undè dicendum est quod si Sacerdos SOLA VERBA PRAEDICTA proferret cum intentione conficiendi hoc Sacramentum, PERFICERETUR HOC SACRAMENTUM.* Quo nihil clariùs desiderari potest.

3. *P. Q.* 78. *Art.* 1.

Ad 4.

Demùm cum in materiis & formis Sacramentorum Ecclesia Ro-

ma-

mana, omnium Ecclesiarum Mater & Magistra, á Spiritu Sancto edocta, præcipiat ad omne dubium removendum opinionem non solùm probabiliorem, sed etiam tutiorem sequi, rectiùs & securiùs absque præjudicio antiquorum Patrum Sacerdotes Muzárabici utuntur in Consecratione formâ Missalis Romani, & in cæteris resplendet antiquitas eorum Ritus. Hoc etiam modo, quamvis alius non suppeteret, exponi valet Sententia Divi Thomæ, qui securiorem partem pro sui Ingenii soliditate ambabus ulnis amplexus fuit.

Hìc elevetur Calix coopertus cum Filiola,

Sic etiàm præscribitur in Liturgia Orientali, nè aliquid cadat intra Calicem.

Dicat Presbyter:

POST PRIDIE.

SUBJUGA DEUS &c.

HÆC Oratio appellatur *Post Pridiè* ob illa verba superiùs prolata *In qua nocte tradebatur*, quæ respondent illis verbis: *Qui pridiè quàm pateretur.*

Posteà dicat Presbyter

ORATIO

TE PRÆSTANTE SANCTE DOMINE, QUIA

tu hæc omnia nobis indignis Servis tuis valdè bona creas, sanctificas, vivificas, benedicis ac præstas nobis &c.

HÆC verba respondent illis, quæ post Consecrationem ponuntur in Missali Romano, & in sensu litterali non possunt accipi de ipso Corpore & Sanguine Domini Nostri Jesu-Christi, quia in Missa non creantur, non enìm fiunt de nihilo, sed ex Pane & Vino; nèc Corpus Christi quod est Vivum sempèr & Sanctissimum, indiget Sanctificatione, Benedictione, aut Vivificatione; Ob id aliqui referunt hæc verba ad Benedictionem novorum fructuum, qui ad Altare deferebantur ut á Sacerdote benedicerentur; Sic Benedictus XIV. de Sacrificio Missæ; & hoc fiebat post Consecrationem Corporis, & Sanguinis: Non tamèn tàm aliena est hæc locutio, ut verificari nequeat de ipsomet Corpore, & Sanguine Christi: Nàm Divus Ambrosius Lib. 4. Cap. 4. de Sacramentis sequentia statuit: *Ergò ut tibi respondeam, non erat Corpus Christi ante Consecrationem, sed post Consecrationem dico tibi, quod jàm est Corpus Christi: Ipse dixit, & factum est, ipse mandavit, & creatum est.* Quod est idèm ac dicere: Cùm Christus non solùm sit Homo Verus, sed etiàm Deus Verus, fit Transubstantiatio Panis in Corpus Christi Dei virtute; paritèr & de Corpore Christi ut Hominis rectè dicitur esse sanctificatum, benedictum, ac vivum, & vivificatum modo speciali in Sacramento: Ac deniquè hęc possunt intelligi de Creatione largè sumpta, hoc est,

de

de factione Corporis Christi ex Pane, seù de Conversione & Transubstantiatione.

Et tùnc Presbyter accipiat Corpus Domini de Paténa, & ponat super Calicem discoopertum, & dicat altâ voce omnibus diebus videlicèt Festivis &c.

DOMINUS SIT SEMPER VOBISCUM &c.

FIDEM QUAM CORDE CREDIMUS, ORE AUTEM DICAMUS.

Et tùnc elevet Sacerdos Corpus Christi, ut videatur â Populo, Et dicat Chorus Symbolum &c.

CREDIMUS IN UNUM DEUM PATREM OMNIPOTENTEM &c.

ANTE tempora Berengarii pestiferi Hæresiarchæ elevatio Corporis, & Sanguinis Christi non fiebat in ordine Romano ante illa verba: *Est tibi Deo Patri Omnipotenti omnis Hônor, & Gloria*, & simili modo in Officio Muzárabico.

Dùm Sacerdos manu tenet elevatum Corpus, & Sanguinem Christi, recitatur Symbolum Nicænum, seù propriùs Constantinopolitanum: Primò, quia ad præsentiam Sacramenti Fides Mysteriorum roboratur; Secundò, ut non solùm corde credamus ad justitiam, sed etiam ore fiat Confessio ad salutem; Tertiò, quia sicut in Symbolo præ-

cipua Mysteria nostræ Redemptionis exprimuntur, sìc in novem particulas præcipua nostræ Redemptionis Mysteria significantes Sacerdos dividit Hostiam, collocando eas in Paténa infrascripto ordine.

In hoc Symbolo expressè confitentur Fideles Filium Homousion Patri, hoc est, Consubstantialem ei, ut decretum est in Concilio Nicæno; Insimùl profitentur Spiritum Sanctum á Patre & Filio procedere, ut postmodùm declaratum fuit in Concilio Constantinopolitano; Alia itidèm adduntur verba quæ nèc in Symbolo Nicæno, nèc Constantinopolitano reperiuntur, sed tantùm in Symbolo Romano quod in Missa decantatur: Ob id præ oculis habendum, quinque esse Symbola & omnia eandem Fidei formam continere, sed clariùs in uno quàm in alio expressam: Primùm Apostolorum, quia ab Apostolis compositum; Secundum Nicænum; Tertium Constantinopolitanum; Quartum quod in Missa Romana decantatur; Et quintum quod Divo Athanasio tribuitur; Licet enìm, ut Sanctus Thomas discurrit, ejus Author non composuerit manifestationem Fidei per modum Symboli, sed magis per modum cujusdam Doctrinæ, ut ex ipso modo loquendi apparet, tamèn quia integram Fidei veritatem ejus Doctrina brevitèr continebat, Authoritate Summi Pontificis est recepta ut quasi regula Fidei habeatur. Fidei autèm Symbola ideò multiplicata sunt, quia Ecclesia Dei variis erroribus impetita necessarium duxit eos confutare, & publicè profiteri veram & orthodoxam Fidem; sicut autèm

D. Thom. 2. 2. Q. 1. Art. 10.

qui

qui grana Tritici ex Spicis detegit, non facit speciem novam, sic Ecclesia non novam formam condit, sed eamdem, ait Angelicus Præceptor, magis expositam proponens, detegit errores qui contra Fidem post Symbolum Apostolorum insurrexerunt.


Pro coronidè adnotare oportet in Symbolo Missæ Muzárabicæ non fieri mentionem de Crucifixione & Morte Christi, benè verò de Passione sub Pontio Pilato, & Sepultura ejus, & hoc ideò quia de Crucifixione Christi nullus error legitur exortus apud Hæreticos confitentes ejus Passionem, quamobrèm non fuit necessarium aliquam explicationem circa hoc fieri; & quia in Symbolo Apostolorum ponitur expressio Crucifixionis, & propter hoc non reiteratur in Symbolo hujus Missæ, sed supponitur tamquàm prędeterminatum in Symbolo Apostolorum, non enìm Symbolum sequens abolet præcedens, sed potius illud exponit: Hæc est ad litteram Doctrina Divi Thomæ, rationem assignantis cùr in Symbolo Patrum non fit mentio de descensu Christi ad Inferos. Deniquè necessarium non fuit exprimere Christum Mortuum, cum 2. 2. *Q.* 1. *Art.* 9. *ad* 4.

 ex-


expressè dicitur *Sepultus*; Sepultura enim certò certiùs Mortem supponit.












Gloria.
8.
—



Regnum.
9.
—



CORPORATIO est idem ac Incarnatio: *Apparitio* idem ac Epiphania, seù Manifestatio: Cætera Nomina expositione non egent: Congruentèr autèm & recto ordine hæc Mysteria collocantur: Christus etenìm pri-

primò propter Nos Homines, & propter nostram Salutem Incarnatus est ex MARIA Virgine, posteà Natus, Circumcissus, á Magis adoratus, quod Mysterium idem est ac Epiphania, Passus, Mortuus & Resurrexit; Post Resurrectionem Christus *Gloriam* & *Regnum* in dextera Patris in æternum adeptus, in quantum Deus obtinet æqualem Gloriam Patri, & in quantum Homo majorem omnibus Sanctis, nobis etiàm promeruit ut in Gratia decedentes *Gloria* & *Regno* cum ipso perfrui valeamus.

Ad Orationem Dominicam

OREMUS.

APOSTOLO TUO JACOBO &c.

Proclamantes in Terris.

Pater noster qui es in Cœlis. ℟. *Amén.*

Sanctificetur Nomen tuum. ℟. *Amén.*

Adveniat Regnum tuum. ℟. *Amén.*

Fiat voluntas tua sicut in Cœlo & in Terra. ℟. *Amén.*

Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè. ℟. *Quia Deus es.*

Et dimitte nobis debita nostra sicut & nos &c. ℟. *Amén.*

Et nè nos inducas in tentationem. ℟. *Sed libera nos á malo.*

SEptem Petitiones contentæ in Oratione Dominica separatìm exprimuntur, ut audientium Corda eas apprimè percalleant. Ad primam hu-

hujus Orationis Catholicam Veritatem, scilicèt, *Pater Noster qui es in Cælis*, respondent *Amèn*, ad eorum firmum, & fidelem assensum ostendendum; Et ad singulas Petitiones respondent etiàm *Amèn*, sed hoc ad desiderium exprimendum; Cùm verò dicitur *Panem nostrum quotidianum da Nobis hodiè*, respondent: *Quia Deus es*, proprium enìm est Dei dare, & benefacere. Terminatur Oratio illis verbis *Liberati à malo, Confirmati sempèr in bono* &c. Et cùm Sacerdos profert illa verba *Pone Domine finem peccatis nostris*, percutit Pectus, quod respondet illis verbis in ordine Romano *Nobis quoque Peccatoribus.*

Accipiat modò Particulam Regnum, *& mittat in Calicem dicendo*:

SANCTA SANCTIS, ET CONJUNCTIO CORPORIS &c.

TOtum Redemptionis nostræ mirabile Opus incepit ab Incarnatione Domini Nostri Jesu-Christi, finisquè & terminus fuit Regnum æternum in Gloria; Ob hanc rationem ordo ponendi Particulas incipit á Corporatione, & terminatur in Regno: Ordo autèm sumendi incipit á Regno quod est complementum nostræ Reparationis, & finis ad quem Homines fuerunt creati.

Tempore Paschatis, Resurrectionis, Pentecostes, & Corporis Christi, dùm Sacerdos tenet super Calicem Particulam *Regnum*, dicit:

Vicit

Vicit Leo de Tribu Judá Radix David, Alleluia, Choro respondente: *Qui sedes super Cherubim Radix David, Alleluia.* Proprietatem horum verborum facillimè quìs intelliget perpendendo Christum Dominum fuisse Triumphatorem Mortis, Captivam duxisse Captivitatem, dedisse Dona Hominibus, sua Morte Inimicum superasse, Decórem induisse, Victorem in Cœlum ascendisse, ob fortitudinemquè meritò appellari Leonem de Tribu Júdá ex Radíce & Familia David sedentem super Cherubim, & exaltantem super Choros Angelorum suam sanctissimam Humanitatem.

HUMILIATE VOS BENEDICTIONI &c.

PRæparat Sacerdos Adstantes Sacrificio ut accipiant humilitèr Benedictionem, quæ hoc loco danda est (ut patet ex Concilio Toletano Quarto, Cap. 17.) ut Fideles ritè accedant ad sacram Synaxim, seù Communionem.

Peracta Benedictione cantatur ad Accedentes ad sacram Communionem Responsorium sequens:

GUSTATE, ET VIDETE QUAM SUAVIS EST DOMINUS &c.

VErba desumpta ex Psalmo *Benedicam Dominum in omni tempore*, & aptissimè invitantia Fideles ad perceptionem Eucharistiæ.

Finíto Responsorio dicit Sacerdos: *Panem Cœlestem de Mensa*

Domini accipiam; & Manibus tenens Particulam *Gloria* facit Commemorationem pro Defunctis, quia Sacrificium Missæ non solùm est Propitiatorium & Impetratorium, sed etiàm Satisfactorium pro Vivis & Defunctis: Posteà sumit Particulam *Gloria*, & reliquas ordine converso quo fuerunt appositæ super Paténam, tùm quia Deus est Alpha & Omega, Principium & Finis, tùm quia incœpit Redemptio nostra ab Incarnatione, & cuncta Mysteria ordinata fuerunt ut Gloria potiremur sempiterna.

AVE IN ÆVUM SANCTISSIMA CARO CHRISTI IN PERPETVUM SVMMA DVLCEDO.

DOMINE NON SVM DIGNVS &c.

AVE IN ÆVUM COELESTIS POTVS QVI MIHI ANTE OMNIA, ET SVPER OMNIA DVLCIS ES.

ANTE Sumptionem salutantur Verum Corpus Christi & Potus Cœlestis verbis congruentioribus ad significandam eorum Dulcedinem perpetuam in omnibus, & super omnia; Et proferuntur verba Centurionis ut in ordine Romano.

Posteà

Posteà Presbyter abluit manus dicendo:

DOMINE DEUS MEUS &c.

Cantat Chorus:

COMMUNICANTES, REFECTI &c.

Hoc correspondet Antiphonæ Postcommunio *ordinis Romani.*

ORATIO.

CORPUS DOMINI NOSTRI JESU-CHRISTI &c.

HÆC Oratio respondet Orationi post Communionem in Missali Romano.

Loco Ite Missa est *dicit Sacerdos diebus solemnioribus:*

SOLEMNIA COMPLETA SUNT

IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU-CHRISTI;

VOTUM NOSTRUM SIT ACCEPTUM CUM PACE.

Diebus non solemnioribus dicitur:

MISSA ACTA EST &c.

Ut denotetur major, aut minor Solemnitas Festivitatis.

In fine Missæ dicitur Antiphona:

SALVE REGINA MATER MISERICORDIÆ &c.

Flexis genibus.

HIC omnes advertere debent hanc Antiphonam non esse propriam Ritus Muzárabici antiqui, sed additam ei ab Emmin^mo. Cardinali Ximenio, desumptam ex Missali antiquo Toletano-Romano ante Correctionem & Decreta Sancti Pii V.

Quo

Quo facto dat Benedictionem dicendo:

IN UNITATE SANCTI SPIRITUS BENEDICAT VOS PATER ET FILIUS. AMEN.

HÆC loquendi formula similis est illi de ordine Romano in qua dicitur: *Est tibi Deo Patri Omnipotenti in Unitate Spiritus Sancti omnis honor & gloria,* ubì non excluditur *FILIUS* á gloria & honore, quia his verbis hæc alia præmittuntur Christum apertè exprimentia: *Per Ipsum, & Cum Ipso, & In Ipso,* sicuti hìc illa: *In Unitate Sancti Spiritus* Tertiam Sanctissimæ TRINITATIS Personam expressè præloquuntur.

Quando dicit Sacerdos

IN UNITATE SANCTI SPIRITUS

Osculatur Altare, & posteà vertit se ad Populum, & dicit cætera verba.

ULtimò advertere libet quod solùm in hac Benedictione, & in Offertorio in quo ab Altari aliquantulum recedebat, Sacerdos vertit se ad Populum in Missa Muzárabica; cujus rei præcipua ratio est antiquitas Ritus Muzárabici, primis enìm Ecclesiæ sæculis Altare erat positum versus Fideles, & Sacerdos respiciebat Populum, undè non opus erat vertere se ad eum salutandum, quod hodiè necessarium est, nàm Populus stat á tergo.

Pos-

Posteà nihil aliud agens vadit ad Sacristiam, & cantatur Responsorium pro Magno Cardinali Ximenez, cui grates maximæ referendæ, etenim Ritus Muzárabicus ferè ipsius tempore çorruptus & jamjàm videbatur periturus propter Sacerdotum, & Codicum inopiam, vetustatem & ignorantiam Caractérum; Ceterùm ut omnia in pristinum decus revocaret accersivit undequàque Homines in omni genere Litterarum instructos, correxit Codices, & tàm Breviarium, quàm Missale Prælo suis sumptibus mandavit.

Grates igitùr huic Clarissimo Viro, Grates Leandro & Isidoro, & Grates Deo, qui est laudabilis in omnibus & super omnia.

Liturgiam Muzárabicam, aptius eloquar, Gothicam, illustrare agressus sum; Ritum, quem instituerunt & tenuerunt Hispanicæ Ecclesiæ Lumina Leander, Fulgentius, Isidorus, Julianus, Eugenii, Ildephonsus & Heladius; Horum Antiquorum Patrum Oracula, quibus nostra de Eucharistia fides roboratur, Hæreticorumque errores palàm retunduntur, patefeci, si enim Clarissimus Joannes Mabillonius in memoriam revocavit Liturgiam Gallicanam quam Hilarius, Martinus, Sidonius, Avitus, Remigius, Cæsarius, aliique sanctissimi Galliarum Antistites servarunt usque ad tempora Caroli Magni, qui Sacramentarium á S. Gregorio accepit ut ordine Romano in posterum Missa celebraretur, cùr nostram Gothicam Liturgiam conspicuam facere haud opportunum judicarem?

Compertum quidèm apud omnes est Gothorum Reges, præcipuè Wambam, usque ad Galliam Narbonensem suam Dominationem protendisse; Et Caroli Calvi, Magni Caroli Nepotis, Testimonio patet in ejus Epistola ad Clerum Ravennatem, Missam Toletano more á quibusdam Presbyteris, qui ex partibus Toletanæ Ecclesiæ ad eum venerant, in ejus præsentia fuisse celebrátam, suisquemet oculis percepisse ac comprobasse parem fuisse modum in Galliis & Hispaniis Sacrum faciendi ante annum Christi octingentesimum.

Modica nècnon apparet differentia in Codicibus Gallicanis vetustioribus, cum Hispanicis, seù Toletanis Comparatione facta, ut vidére licet in specimine Scripturæ in Præfatione apposito á Joanne Mabillon sic incipiente: *Si Testimonium Hominum accipimus, Testimonium Dei majus est*; Caractéres nàmquè Merovingicam referunt Scripturam.

In Concilio III. Toletano Cap. 2. statùitur Symbolum decantari, priusquàm Oratio Dominica recitetur, per omnes Ecclesias Hispaniæ vel Galliæ, quæ verba uniformitatem in divinis planè ostendunt; quìn sit necessè discutere an Hispanicus ordo Gallicanum præcesserit, cum eumdem ferè fuisse autumemus.

Redeat pro coronide in Nostrum memoriam magnus Senex Cordubensis Ossius, Legatus Pontificum, Præses Conciliorum, Generalis Nicæni, Nationalium & Provincialium; Imperatoris Constantini Ma-

gis-

gister, Pædagogus & Cathechista; Non impetatur veneranda Canities ejus quem Ecclesia Universalis, post Pacem redditam, Doctorem Orthodoxum agnovit & agnoscit: Interrogemus, liceat, eum, quoniam Ritu Sacrum confecit, Jerosolymitano necne, id est, S. Jacobi Apostoli, an alio? Certè respondebit, *Apostolorum*, præter ordinem Precum.

Fama ejus Sanctitatis & Doctrinæ adeò per Orbem pervulgata est ut á S. Silvestro Papa meruerit evocari ut Normam in Occidente & Oriente, tàm in Sacris quàm reformandis Moribus præstaret: *Ossius dixit*, *Ossius respondit*, clamitabant Patres Nicæni, Alexandrini, Arelatenses & nostri Illiberitani: Easdem voces usurpans, absque hæsitatione, de Liturgia antiqua Hispanica loquendo, clamito, Ossius celebravit, Ossius Sacrum fecit, Ossius Divinas Laudes ubìque Terrarum ordinavit: Injuria temporum Scriptura periit, sed in tòt Filiis, Antistitibus Hispanis & Patribus, qui eum fuerunt subsecuti, manet redivivus, non recedet memoria ejus, & usque in sæculum non delebitur.

Summoperè laudanda ardentissima studia Summorum Pontificum Gregorii Magni, Adriani I. & Gregorii VII. ut Romanæ Ecclesiæ Ritus ab omnibus reciperetur, eadem esset omnium Mens, ædem Cæremoniæ, in eadem Fide & morum Concordia, sed fas sit exposuisse Ritum circunscriptum strictis Cancellis Capellæ Muzárabicæ, ut rubore afficiantur Novatores & Heterodoxi, perlegant, & scrutentur

Mys-

Mysteria sacra, vetustatem Codicum mirentur, á summo Ecclesiæ Capite non scindantur, sempèrque Seniores audiant, & in memoriam cunctorum redeat Antiquitas Patrum.

Protestor nihil in hoc Opere velle me defraudare aut levitèr detrahere Missali Romano, aut Sedi Apostolicæ omnium Ecclesiarum Matri & Magistræ, sed omnia sub ejus Correctione relinquere: Tantùm me intendisse testor memoriæ commendare tàm antiquum Ritum Muzárabicum, ut accuratiùs omnes Heterodoxi suismèt oculis perspiciant Sacrificium eodem modo fuisse sempèr substantialitèr peractum, licet in ordine accidentali Precum differre videatur; Equidèm inevidens hujus rei Testimonium diffiteri nullatenùs Novatores possunt Sacrificium Missæ constasse sempèr & ubiquè Consecratione, Oblatione, & Sumptione, & licet Orationes Liturgicæ aliquatenùs in ordine differant, tamèn idèm spiritus, & eadem fides Mysterii in omnibus resplendet, & ad eumdem finem ordinantur: S. Gregorius igitùr Magnus, S. Pius V. & alii Summi Pontifices Missale Romanum correxerunt, & Ecclesia Romana ut Apes mirifica delibavit quæcumque tàm in Ecclesia Orientali, quàm Occidentali ad solemniorem, perfectiorem, á mendis purgatiorem, & puriorem Ritum & Sensum congrua judicavit.

Sum igitùr Dei Gratia Sacerdos Catholicus, Apostolico-Romanus, & in exponenda Missa Gothica, Isidoriana & Muzárabica tan-

tum-

tummodò volo Gratitudinis leve signum ostendere ergà Sanctam Ecclesiam Toletanam Hispaniarum Primatem, cujus Alumnus, licèt immeritò, censéri mereor, nè pereat antiquitas Ritus Muzárabici, qui in ejus Capella á Viris Probis omnium admiratione usque in diem observatur.





HÆC
OLIM DICTITABAT
ILLMUS. D. D.
FRANCISCUS ANTONIUS
A LORENZANA
CANONICUS TOLETANUS,
NUNC ARCHIEPISCOPUS MEXICANUS,
ET EA PRAELO MANDAVIT
IN OBSEQUIUM
SANCTAE ECCLESIAE TOLETANAE
HISPANIARUM PRIMÁTIS.




Joannes Ruizius ex familia Matancia, pro Oficio Gothico, vicit.
Jphus. Nava Sc. Angelapoli.

HORÆ MINORES DIURNÆ BREVIARII MOZÁRABICI, JUXTA REGULAM BEATI ISIDORI ARCHIEPISCOPI HISPALENSIS HISPANIARUM DOCTORIS

I.

INcipit Ordo Primæ quæ dici debet in diebus Festivis per totum annum.

Kyrie eléyson.

Christe eléyson.

Kyrie eléyson.

Pater Noster. Ave Maria:

Dicitur ex traditione.

His secretò flexisquè genibus dictis, continuò surgit cum Choro Presbyter, signansquè se signo Crucis altâ voce dicit:

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu-Christi Lumen cum pace.

℟. Deo Gratias.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA.

Pr. Prævenérunt oculi mei Deus ad te diluculò, ut meditarer eloquia tua.

℟. Prævenérunt oculi mei Deus ad te diluculò, ut meditarer eloquia tua.

Pr. Prævenérunt oculi mei Deus ad te diluculò.

℟. Ut meditarer eloquia tua.

Pr. Gloria & Honor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amen.

Pr. Prævenerunt oculi mei Deus ad te diluculò, ut meditarer eloquia tua.

Psalmus 66.

DEUS misereatur nobis, & benedicat nos * illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam * in omnibus Gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi Populi Deus * confiteantur tibi Populi omnes.

Lætentur & exultent Gentes, * quoniam judicas Populos in æquitate, & Gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi Populi Deus * confiteantur tibi Populi omnes: Terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster * benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ.

Gloria & Honor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amen.

Psalmus 144.

EXaltabo te Domine Deus meus & Rex meus, * & benedicam Nomen tuum in æternum, & in sæculum sæculi.

Per singulos dies benedicam te * & laudabo Nomen tuum in æternum, & in sæculum sæculi.

Magnus Dominus & laudabilis nimìs * & magnitudinis ejus non est finis.

Natio & progenies collaudabunt Opera tua, * & Potentiam tuam pronuntiabunt.

Magnificentiam gloriæ Sanctitatis tuæ loquentur * & mirabilia tua narrabunt.

Et virtutem terribilium tuorum dicent * & magnitudinem tuam loquentur.

Memoriam abundantiæ suavitatis

tis tuæ eructabunt, * & in tua Justitia exultabuntur.

Miserator & Misericors Dominus * Patiens & multùm Misericors.

Suavis Dominus universis, * & miserationes ejus super omnia opera ejus.

Confiteantur tibi Domine opera tua, * & Sancti tui benedicant te.

Gloriam Regni tui dicent, * & Potentiam tuam loquentur.

Ut notam faciant filiis hominum Potentiam tuam, * & Gloriam Magnificentiæ Regni tui.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Psalmus 144.

REgnum tuum Domine, Regnum omnium sæculorum: * & Dominatio tua in omni progenie & generatione.

Fidelis Dominus in verbis suis, * & Sanctus in omnibus operibus suis.

Propè est Dominus omnibus invocantibus Eum * in veritate.

Voluntatem timentium se faciet, & orationes eorum exaudiet, * & salvos faciet eos.

Custodit Dominus omnes diligentes se, * & omnes peccatores disperdet.

Laudem Domini loquetur os meum, * & benedicet omnis Caro Nomen sanctum ejus in æternum, & in sæculum sæculi.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Psalmus 112.

LAudáte púeri Dominum: * Laudáte Nomen Domini.

Sit Nomen Domini benedictum * ámodò & usque in æternum.

A Solis ortu usque ad Occasum * laudabile Nomen Domini.

Excelsus super omnes Gentes Dominus, * & supra Cœlos Gloria ejus.

Quìs

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, * & humilia respicit in Cœlo & in Terra.

Qui suscitat á terra inopem * & ab stercore exaltat Pauperem.

Ut collocet eum cum Principibus * cum Principibus Populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo * Matrem Filiorum lætantem.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Psalmus 118.

ADhæsit pavimento anima mea * & vivifica me secundùm verbum tuum.

Vias meas pronuntiavi & exaudisti me * doce me justificationes tuas.

Viam justificationum tuarum insinua mihi * & exercebor in mirabilibus tuis.

Dormitavit anima præ tædio * confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitatis amove á me * & de lege tua miserere mei.

Viam veritatis elegi * judicia tua non sum oblitus.

Adhæsi testimoniis tuis Domine * noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri * cum dilatasti cor meum.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Psalmus 118.

LEgem pone mihi Domine viam justificationum tuarum * & exquiram eam sempèr.

Da mihi intellectum & præscrutabor legem tuam * & custodiam illam in toto corde meo.

Deduc me in semitam mandatorum tuorum * quia ipsam volui.

Inclína cor meum Deus in testimonia tua * & non in avaritiam.

Averte oculos meos nè videant vanitatem * & in via tua vivifica me.

Sta-

Statue Servo tuo eloquium tuum * in timóre tuo.

Amputa oprobrium meum, quod suspicatus sum * judicia enìm tua jucunda.

Eccè concupivi mandata tua * in tua Justitia justifica me.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Psalmus 118.

ET veniat super me Misericordia tua Domine * salutare tuum, & eloquium tuum.

Et respondebo exprobrantibus mihi Verbum * quia speravi in sermonibus tuis.

Et nè auferas de ore meo Verbum veritatis usquequaque, * quia in Judiciis tuis speravi.

Et custodiam legem tuam semper * in æternum, & in sæculum sæculi.

Et ambulabam in latitudine * quia Præcepta tua exquisivi.

Et loquebar de testimoniis tuis in conspectu Regum, * & non confundebar.

Et meditabar in Mandatis tuis * quæ dilexi vehementèr.

Et levavi manus meas ad Præcepta tua quæ dilexi, * & exercebor in tuis justificationibus.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén. Reiteratur Antiphona Prævenérunt oculi mei Deus ad te diluculò, ut meditarer eloquia tua.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Responsorium de uno Confessore.

Pr. In conspectu Angelorum psallam tibi Domine. Alleluia.

℟. In conspectu Angelorum psallam tibi Domine. Alleluía.

℣. Pr. Adorabo ad Templum

 sanc-

sanctum tuum, & confitebor tibi Domine.

℟. Psallam tibi Domine. Alleluia.

Pr. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℟. In conspectu Angelorum psallam tibi Domine. Alleluia.

Responsorium de uno Justo sive Martyre.

Pr. De ore Justi procedit Doctrina. Alleluia Alleluia. Favum mellis distillant labia ejus.

℟. De ore Justi procedit Doctrina. Alleluia Alleluia. Favum mellis distillant labia ejus.

℣. Pr. Os Justi meditabitur Sapientiam, & Lingua ejus loquetur Judicium.

℟. Favum mellis distillant labia ejus.

℣. Pr. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℟. Favum mellis distillant labia ejus.

Responsorium de Sanctis Martyribus præcipuis.

Pr. Vincula Sanctorum jàm soluta sunt, & plagę eorum jàm sanatę sunt: Quasi navigantes de mundo ferebantur in Cœlum.

℟. Vincula Sanctorum jàm soluta sunt, & plagæ eorum jàm sanatæ sunt: Quasi navigantes de mundo ferebantur in Cœlum.

℣. Pr. Quì sunt isti, qui ut Nubes volant, & quasi Columbæ ad fenestras suas?

℟. Ferebantur in Cœlum.

℣. Pr. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sęcula sæculorum. Amén.

℟. Vincula Sanctorum jàm soluta sunt, & plagæ eorum jàm sanatæ sunt: Quasi navigantes de mundo ferebantur in Cœlum.

Responsorium in diebus Festivis per totum annum.

Pr. Lux

Pr. Lux tua Domine luceat super nos, & majestas tua illuminet nos Alleluìa: Ut Spiritu tuo repleti non timeamus insidias inimici Alleluìa. Alleluìa.

℟. Lux tua Domine luceat super nos, & majestas tua illuminet nos Alleluìa: Ut Spiritu tuo repleti non timeamus insidias inimici Alleluìa. Alleluìa.

℣. Pr. Illumina Domine vultum tuum super nos, & miserere nobis.

℟. Ut Spiritu tuo repleti non timeamus insidias inimici Alleluìa. Alleluìa.

℣. Pr. Gloria & Honor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℟. Lux tua Domine luceat super nos, & majestas tua illuminet nos Alleluìa: Ut Spiritu tuo repleti non timeamus insidias inimici Alleluìa. Alleluìa.

Dicitur in Octava Nativitatis.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Prophetia.

Lectio Libri Zachariæ Prophetæ Cap. 8.

℟. Deo gratias.

HÆC dicit Dominus: Reversus sum ad Sion & habitabo in Jerusalem. Et vocabitur Jerusalem Civitas veritatis, & mons Domini exercituum mons sanctificatus.

℟. Amén.

Epistola Pauli Apostoli ad Romanos Cap. 13.

℟. Deo gratias.

FRatres, Nox præcessit, dies autèm appropinquavit, abjiciamus ergò á nobis opera tenebrarum, & induamus nos arma lucis, sicut in die honestè ambulemus. Non in comesationibus & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis, non in contentione & æmulatione, sed induimini Dominum nostrum Jesum Christum. Amén. Alleluìa.

Pr. Alle-

Pr. Alleluia, Alleluia.

℟. Alleluia, Alleluia.

Pr. Cantabo Domine, in vita mea.

℟. Alleluia.

Pr. Psallam Deo meo, quandiù ero.

℟. Alleluia, Alleluia.

HYMNUS.

JAM lucis orto sydere
Deum precemur supplices,
Ut in diurnis actibus
Nos servet á nocentibus.
Linguam refrenans temperet
Nè litis horror insonet
Visum fovendo contegat,
Nè vanitates hauriat.
Sint pura cordis intima
Absistat & vecordia
Carnis terat superbiam
Potus cibiquè parcitas.
Ut cum dies absceserit
Noctemque sors reduxerit
Mundi per abstinentiam
Ipsi canamus gloriam.
Jàm nos secundæ præmonet
Horæ peractus circulus
Deo sacratum prómere
Hymnum perennis gloriæ.
Exurge Jesu álleva
Cordis rei fastidia:
Ut lingua clarè concinat
Laudis tuæ magnalia.
Infunde lumen Spiritus
Da claritatem córdibus
Quo te Deum per omnia
Laudemus sempèr sæcula. Amen.

Pr. Bonum est confiteri Domino.

℟. Et psallere Nomini tuo Altissime.

Notandum quod in diebus Festívis & in Dominicis debet sempèr dici Canticum Te Deum laudamus. Canticum Gloria in Excelsis. Et Symbolum Credimus in unum Deum Patrem.

CANTÍCUM.

TE Deum laudamus: Te Dominum confitemur.

Te Æternum Patrem omnis terra veneratur.

Ti-

Tibi omnes Angeli: Tibi Cœli & universæ Potestates.

Tibi Cherubim & Seraphim: Incessabili voce proclamant.

Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt Cœli & Terra: Gloria Majestatis tuæ.

Te gloriosus Apostolorum Chorus.

Te Prophetarum laudabilis numerus.

Te Martyrum candidatus laudat Exercitus.

Te per Orbem terrarum: Sancta confitetur Ecclesia.

Patrem immensæ Majestatis.

Ad venerandum tuum verum: Unigenitum Filium.

Sanctum quoque Paraclytum Spiritum.

Tu es Rex Gloriæ Christe.

Tu Patris sempiternus es Filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem: Non horruisti Virginis Uterum.

Tu devicto mortis aculeo aperuisti credentibus te Regna Cœlorum.

Tu ad dexteram Dei sedes in Gloria Patris.

Judex crederis esse venturus.

Te ergò quæsumus tuis famulis subveni: Quos Pretioso Sanguine redemisti.

Æterna fac cum Sanctis tuis: In Gloria munerari.

Salvum fac Populum tuum Domine: Et benedic hæreditati tuæ.

Et rege eos, & extolle illos usque in sæculum: Et in sæcula sæculorum. Amén.

Per singulos dies benedicimus te.

Et laudamus Nomen tuum in æternum: Et in sæculum sæculi.

Dignare Domine die isto: Sine tribulatione & peccato nos custodíre.

Miserere nobis Domine: Miserere nobis.

Fiat Misericordia tua Domine super nos: Sicut speravimus in te.

In te Domine speravi: Non confundar in æternum.

Parce Domine, parce Populo tuo: Et ne des in opprobrium hæreditatem tuam.

CANTICUM ANGELORUM.

GLoria in excelsis Deo: Et in terra Pax hominibus bonę voluntatis.

Laudamus te.

Benedicimus te.

Adoramus te.

Glorificamus te.

Hymnum dicimus tibi.

Gratias tibi agimus propter Gloriam tuam magnam.

Domine Deus Rex Cœlestis.

Deus Pater Omnipotens.

Domine Filii Unigenite Jesu-Christe Altissime.

Domine Deus Agnus Dei Filius Patris.

Qui tollis peccata mundi miserere nobis.

Qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram.

Qui sedes ad dexteram Patris miserere nobis.

Quoniàm tu solus Sanctus.

Tu solus Dominus.

Tu solus Altissimus Jesu-Christe.

Cum Sancto Spiritu in Gloria Dei Patris. Amén.

SYMBOLUM APOSTOLORUM.

CRedimus in Unum Deum Patrem Omnipotentem.

Factorem Cœli & Terræ: Visibilium & invisibilium Conditorem.

Et in Unum Dominum Jesum Christum Filium Dei Unigenitum: Ex Patre natum ante omnia sæcula Deum ex Deo.

Lumen ex lumine.

Deum Verum ex Deo Vero.

Natum non factum.

Homousion Patri: Hoc est ejusdem cum Patre Substantiæ.

Per quem omnia facta sunt, quæ in Cœlo, & quæ in Terra.

Qui

Qui propter Nos homines, & propter nostram salutem descendit de Cœlis, & incarnatus est de Spiritu Sancto ex MARIA Virgine, & Homo factus est.

Passus sub Pontio Pilato.

Sepultus, tertia die resurrexit.

Ascendit in Cœlos.

Sedet ad dexteram Patris.

Iterùm venturus est in Gloria judicare Vivos & Mortuos.

Cujus Regni non erit finis.

Credimus in Spiritum Sanctum Dominum & Vivificantem, ex Patre & Filio procedentem.

Cum Patre & Filio simul adorandum & glorificandum.

Qui loquutus est per Prophetas.

In Unam Sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam.

Confitemur unum Baptisma in remissionem peccatorum.

Expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri sæculi. Amen.

Finito Symbolo Presbyter dicit:

Pr. Satiati sumus manè Misericordia tua.

℟. Et exultavimus & delectati sūmus in omnibus diebus nostris.

SUPPLICATIO.

Pr. Oremus. Pium & exaudibilem Dominum Nostrum Jesum Christum cum omni supplicatione rogemus: Ut nostri agónis cursum ad finem bonorum operum & supernæ Beatitudinis propitius perducere dignetur.

℟. Præsta Æternè Omnipotens Deus.

Pr. Kyrie eléyson.

℟. Christe eléyson.

Kyrie eléyson.

Capitula in diebus Festivis per totum annum.

Pr. Deus ad adjuvandum Nos festína, nè aut Inimicus prævaleat dùm differs adjutorium: Aut desperatio succedat dùm retardas auxilium. Utramque tuam opitu-

tulationem oppone: Et piam cautionem Nobis & omnibus Christianis impende ut qui fiduciam nostram in tua collocamus virtute, sempèr tua muniamur Divinitate.

Pr. Pater Noster qui es in Cœlis.

℟. Amén.

Pr. Sanctificetur Nomen tuum.

℟. Amén.

Pr. Adveniat Regnum tuum.

℟. Amén.

Pr. Fiat Voluntas tua sicut in Cœlo & in Terra.

℟. Amén.

Pr. Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè.

℟. Quia Deus es.

Pr. Et dimítte Nobis debita nostra, sicut & Nos dimittimus Debitoribus nostris.

℟. Amén.

Pr. Et ne Nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera Nos á malo.

Pr. A malo Nos libera, & in tuo timore & opere bono Nos confirma Trinitas Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum.

℟. Amén.

Pr. Humiliate Vos Benedictioni.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

BENEDICTIO.

Pr. Benedicat Nos Dominus Rector Æternus.

℟. Amén.

Pr. Protegat, muniat, & ab omni malo defendat.

℟. Amén.

Pr. Ut ereptos á malis: Hæredes constituat in Cœlis.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam ipsius Dei Nostri, qui est benedictus, & vivit & omnia regit in sæcula sæculorum.

℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu-Christi perficiamus cum Pace.

℟. Deo gratias.

II.

Incipit Ordo Tertiæ quæ debet dici per totum Annum.

Kyrie eléyson.

Christe eléyson.

Kyrie eléyson.

Pater Noster. Ave Maria.

Totum hoc ut dictum est in Officio ad Primam.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu-Christi Lumen cum Pace.

℟. Deo gratias.

Pr. Dominus sit semper vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA.

Pr. Præoccupemus Faciem Dei in Confessione, & in Psalmis jubilemus ei.

Psalmus 94.

VEníte exultemus Domino: * Jubilémus Deo salutari nostro.

Præoccupemus Faciem Dei in Confessione, * & in Psalmis jubilemus ei.

Quoniàm Deus magnus Dominus, * & Rex magnus super omnes Deos.

Quia non repellet Dominus Plebem suam, quia in Manu ejus sunt omnes fines terræ, * & altitudines Montium ipsius sunt.

Quoniàm ipsius est Mare, & ipse fecit illud, * & áridam Manus ejus fundavérunt.

Veníte adoremus & procidamus ante Deum, * & ploremus coram Domino.

Quoniàm ipse est Dominus Deus Noster, * & Nos Populus Pascuæ ejus, & Oves gregis ejus.

Hodiè si Vocem ejus audierítis, nolíte obdurare Corda vestra * sicut in exacerbatione secundùm diem Tentationis in Deserto.

Ubì tentavérunt me Patres vestri * probavérunt & vidérunt Opera mea.

Quadraginta annis proximus fui Generationi huic, & dixi sempèr hi errant Corde, * & ipsi non cognovérunt Vias meas.

Quibus juravi in Ira mea * si introibunt in requiem meam.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sęcula sęculorum. Amén.

Pslamus 118.

MEmento Verbi tui Servo tuo * in quo mihi spem dedisti.

Hæc me consolata est in humilitate mea: * Quia eloquium tuum vivificavit me.

Superbi iniquè agebant usquequaque * á Lege autèm tua non declinavi.

Memor fui judiciorum tuorum á sæculo Domine, * & consolatus sum.

Tædium tenuit me * pro Peccatoribus derelinquentibus Legem tuam.

Cantabiles mihi erant justificationes tuæ * in loco incolatus mei.

Memor fui in nocte Nominis tui Domine, * & custodivi Legem tuam.

Hæc mihi facta est * quia justificationes tuas exquisivi.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Psalmus 118.

POrtio mea Domine * dixi custodíre Legem tuam.

Deprecatus sum Faciem tuam * de toto Corde meo.

Miserere mei secundùm eloquium tuum * quia cogitavi Vias meas, & converti Pedes meos in Testimonia tua.

Paratus sum & non sum turbatus * custodíre Mandata tua.

Funes peccatorum circumplexi sunt me, * & Legem tuam non sum oblítus.

Me-

Media nocte surgebam ad confitendum tibi * super judicia Justitiæ tuæ.

Particeps ego sum omnium timentium te, * & custodientium mandata tua.

Misericordia tua Domine plena est terra * justificationes tuas doce me.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Psalmus 118.

Jocunditatem fecisti cum Servo tuo Domine * secundùm verbum tuum.

Bonitatem, & disciplinam & scientiam doce me * quia mandatis tuis credidi.

Priusquàm humiliarer, ego deliqui * propterea eloquium tuum custodivi.

Bonus es tu Domine, * & in bonitate tua doce me justificationes tuas.

Multiplicata est super me iniquitas superborum * ego autèm in toto corde meo scrutabor mandata tua.

Coagulatum est sicut lac cor eorum: * Ego verò legem tuam meditatus sum.

Bonum mihi est quod humiliasti me Domine, * ut discam justificationes tuas.

Bonum mihi lex oris tui * super millia Auri & Argenti.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Reiterat. Antiphona.

Præoccupemus faciem ejus in Confessione, & in Psalmis jubilemus ei.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Responsor. in Diebus Festívis per annum.

Pr. Defensor juste, defende nos, &

& libera nos de manu inimicorum nostrorum.

℟. Defensor juste, defende nos, & libera nos de manu inimicorum nostrorum.

Pr. Deus in nomine tuo salvos nos fac, & in virtute tua.

℟. Libera nos de manu inimicorum nostrorum.

Pr. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℟. Defensor juste, defende nos, & libera nos de manu inimicorum nostrorum.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Lectio Libri Lévitici Cap. 25.

℟. Deo gratias.

HÆC dicit Dominus: Ponam Tabernaculum meum in medio Vestri, & non abjiciet vos Anima mea. Habitabo inter vos, & ero vester Deus: Vosque eritis Populus meus, & ego Dominus Deus vester. ℟. Amén.

Epistola Pauli Apost. ad Ephæsios Cap. 5.

℟. Deo gratias.

FRatres: Estóte imitatores Dei sicut Filii charissimi. Et ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos & traddidit semetipsum pro nobis Oblationem & Hostiam Deo in odórem suavitatis.

℟. Amén.

LAUDA.

Pr. Alleluìa, Alleluìa.

℟. Alleluìa, Alleluìa.

Pr. Magnus Dominus Noster, & magna Virtus ejus.

℟. Alleluìa.

Pr. Et Sapientiæ ejus non est numerus.

℟. Alleluìa, Alleluìa.

HYMNUS.

CErtum tenentes ordinem
Pio poscamus pectore,

Ho-

Hora diei tertia
Virtutem Trini Numinis,
Ut simus habitaculum
Illi Sancto Spiritui,
Qui quondàm in Apostolis
Hac hora distributus est.
Quo gradientes ordine,
Ornavit cuncta splendidè
Regni Cœlestis Cónditor,
Æternæ vitæ præmiis.
Præsta Pater piissime,
Patriquè compar unice
Cum Spiritu Paraclyto
Regnans per omne sæculum.
Amèn.

CLAMORES.

Pr. Non secundùm peccata nostra facias nobis Deus, nequè secundùm iniquitates nostras retribuas nobis.

℟. Non secundùm peccata nostra facias nobis Deus, nequè secundùm iniquitates nostras retribuas nobis.

Pr. Non secundùm peccata nostra facias nobis Deus.

℟. Nequè secundùm iniquitates nostras retribuas nobis.

Pr. ℣. Sed secundùm multitudinem miserationum tuarum.

℟. Miserere nobis Domine.

SUPPLICATIO.

Pr. Oremus. Pium & exaudibilem Dominum Nostrum Jesum Christum cum omni supplicatione rogemus: Ut nobis gratiam Misericordiæ suæ, & delictorum veniam propitius donare dignetur.

℟. Præsta Æterne Omnipotens Deus.

Pr. Kyrie eléyson.

℟. Christe eléyson. Kyrie eléyson.

CAPITUL.

Pr. Domine Jesu Christe Filii Dei Patris, qui hora diei tertia in Crucis suspensus Patibulo totius Mundi delictum tuo abluisti supplitio: Eodemquè horæ circulo super Capita Apostolorum

tuorum ignem Sancti Spiritus dedisti Donum: Te quæsumus & rogamus ut eo munere Corda nostra irradies, & animas benedicas.

Pr. Pater Noster qui es in Cœlis.

℟. Amén.

Pr. Sanctificetur Nomen tuum.

℟. Amén.

Pr. Adveniat Regnum tuum.

℟. Amén.

Pr. Fiat Voluntas tua sicut in Cœlo & in Terra.

℟. Amén.

Pr. Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè.

℟. Quia Deus es.

Pr. Et dimítte nobis debitá nostra sicut & Nos dimittimus debitoribus nostris.

℟. Amén.

Pr. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos á malo.

Pr. A malo nos libera, & in tuo timore & opere bono nos confirma, Trinitas Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum.

℟. Amén.

Pr. Humiliate vos benedictioni.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuó.

BENEDICTIO.

Pr. Benedicat nos Trina Majestas, & Una Deitas.

℟. Amén.

Pr. Pater, & Filius & Spirtus Sanctus.

℟. Amén.

Pr. Tales nos die examinationis inveniat, quales Fons regenerationis emissit.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam ipsius Dei Nostri qui est benedictus, & vivit & omnia regit in sæcula sæculorum.

℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In Nomine Domini Nostri Jesu-Christi perficiamus cum Pace.

℟. Deo gratias.

III.

Incipit Ordo Sextæ, quæ dici per totum Annum debet.

Kyrie eléyson.

Christe eléyson.

Kyrie eléyson.

Pater Noster. Ave Maria.

Totum hoc dici debet, ut habetur suprà in Officio Primæ.

Pr. In Nomine Domini Nostri Jesu-Christi lumen cum Pace.

℟. Deo gratias.

Pr. Dominus sit semper vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA.

Pr. Deus in Nomine tuo salvum me fac: Et in Virtute tua libera me.

Psalmus 53.

DEUS in Nomine tuo salvum me fac: * Et in Virtute tua libera me.

Deus exaudi orationem meam * auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt adversum me, & fortes quęsierunt animam meam, * & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adjubat me, * & Dominus susceptor est animæ meæ.

Convertens mala inimicis meis, * & in veritate tua disperde illos.

Voluntariè sacrificabo tibi, * & confitebor Nomini tuo Domine, quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, * & super inimicos meos respexit oculus meus.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Psal-

Psalmus 118.

FEci judicium & justitiam: * Domine nè tradas me persequentibus me.

Excipe servum tuum in bono, * ut non calumnientur mihi superbi.

Oculi mei defecerunt in salutari tuo, * & in eloquium justitiæ tuæ.

Fac cum servo tuo Domine secundùm multam misericordiam tuam, * & secundùm justificationes tuas doce me.

Servus tuus sum ego: * Da mihi intellectum ut sciam testimonia tua.

Tempus est benefaciendi Domine * disipaverunt iniqui Legem tuam.

Ideò dilexi testimonia tua: * Super Aurum & Topazion.

Propterеà ad omnia mandata tua dirigebar * omnem viam iniquitatis odio habui.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Psalmus 118.

MIrabilia testimonia tua Domine, * ideò scrutata est anima mea.

Declaratio sermonum tuorum illuminet me, * & intellectum det Parvulis.

Os meum aperui & atraxi spiritum, * quia mandata tua concupiscebam.

Respice in me, & miserere mei, * secundùm judicium diligentium Nomen tuum.

Gresus meos dirige secundùm eloquium tuum, * ut non dominetur mihi omnis injustitia.

Erue me à calumniis hominum, * ut custodiam præcepta tua.

Faciem tuam illumina super servum tuum, * & doce me justificationes tuas.

Rivos lachrymarum deduxerunt ocu-

oculi mei, * quia non custodierunt Legem tuam.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Psalmus 118.

JUstus es Domine, * & rectum judicium tuum.

Mandasti judicium & testimonia tua, * & veritatem tuam nimis.

Cremavit me zelus domus tuæ * quia oblíti sunt verba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum valdè, * & servus tuus dilexit illud.

Adolescentior sum ego & contemptus, * quia justificationes tuas non sum oblîtus.

Justitia tua justa in æternum, * & Lex tua veritas.

Tribulatio & angustia invenerunt me * mandata autèm tua meditatio mea est.

Æquitas testimonia tua in æternum * intellectum eorum da mihi Domine, & vivifica me.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Reiteratur Antiph.

Deus in Nomine tuo salvum me fac, & in Virtute tua libera me.

Responsorium in Diebus Festîvis.

Pr. In omni loco dominationis ejus benedic anima mea Dominum. Alleluìa, Alleluìa.

℟. In omni loco dominationis ejus benedic anima mea Dominum. Alleluìa, Alleluìa.

Pr. ℣. Qui sanat omnes languores tuos, qui redimit de interitu vitam tuam.

℟. Benedic anima mea Dominum. Alleluìa, Alleluìa.

Pr. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℟. In omni loco dominationis ejus benedic anima mea Dominum. Alleluia, Alleluia.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Lectio Libri Micheæ Prophetæ Cap. 6.

℟. Deo gratias.

IN illis diebus: Loquutus est Michæas dicens indicabo tibi homo, quid sit bonum, & quid Dominus quærat á te. Utique facere judicium & justitiam, & diligere misericordiam & sollicitè ambulare cum Domino Deo tuo.

℟. Amén.

Epistola Pauli Apostoli ad Romanos Cap. 7.

℟. Deo gratias.

FRatres, infelix Ego homo. ¿Quís me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum-Christum Dominum Nostrum.

℟. Amen.

LAUDA.

Pr. Alleluìa, Alleluìa.

℟. Alleluìa, Alleluía.

Pr. Salva Domine Deus Noster, & congrega nos de Gentibus.

℟. Alleluìa.

Pr. ℣. Ut confiteamur Nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua.

℟. Alleluía, Alleluía.

HYMNUS.

REctor potens verax Deus,
qui temperas rerum vices:
Splendore manè instruis,
Et ignibus meridiem.

Extingue flammas litium,
Aufer calorem noxium,
Confer salutem corporum,
Veramque pacem cordium.

Præsta Pater piissime,
Patrique compar unice,
Cum Spiritu Paraclyto
Regnans per omne sæculum. Amén.

CLAMORES.

Pr. Nè projicias nos Deus á facie tua, & Spiritum Sanctum tuum né auferas á nobis.

℟. Nè projicias nos Deus á facie tua,

tua, & Spiritum Sanctum tuum nè auferas á nobis.

Pr. Nè projicias nos Deus á facie tua.

℟. Et Spiritum Sanctum tuum nè auferas á nobis.

Pr. A Ruina & Dœmonio meridiano.

℟. Deus sancte Custodi nos.

SUPPLICATIO.

Pr. Oremus. Redemptorem Mundi Dominum Nostrum Jesum Christum cum omni supplicatione rogemus: Ut nobis auxilium de Cœlo, & Misericordiam suam largam propitius tribuere dignetur.

℟. Præsta Æterne Omnipotens Deus.

Pr. Kyrie eléyson.

℟. Christe eléyson. Kyrie eléyson.

CAPITULA.

Pr. Deus, qui horarum tempora consecras Sextæ horæ curriculo pro mundi salvatione triumphasti in Crucis Patibulo: Tibi & Ecclesiæ tuæ sub hujus sanctificatione temporis, & mentis obsequia defer, & Confessionis precamina profer. Proindè rogamus ut ità hujus Celebritatis obsequia tibi depromamus, dùm vivimus, ut ad te coronandi meⷬreamur venire post transitum. Pater Noster &c. A malo nos libera &c. Quære suprà in Officio ad Tertiam.

BENEDICTIO.

Pr. Humiliate vos benedictioni.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. Salutare tuum Domine Famulis tuis tribuere dignare.

℟. Amén.

Pr. Orationes suscipe, Petitiones supple, & Peccata dimítte.

℟. Amén.

Pr. A Languoribus cura, & Fidelium Pectora á delictorum maculis purga. ℟. Amén.

Pr.


Pr. Per Misericordiam ipsius Dei Nostri qui est benedictus, & vivit, & omnia regit in sæcula sæculorum. Amén.

Pr. Dominus sit semper vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu Christi perficiamus cum Pace.

℟. Deo gratias.



IV.

Incipit Officium ad Nonam Dicendum per totum Annum.

Kyrie eléyson.

Christe eléyson.

Kyrie eléyson.

Pater Noster. Ave Maria.

Secretò flexisque genibus, uti habetur in Officiis ad Primam & Tertiam.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu Christi Lumen cum Pace.

℟. Deo gratias.

Pr. Dominus sit semper vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA.

Pr. Dominus solvit compeditos, Dominus erigit elisos, Dominus illuminat cæcos, diligit Justos.

Psalmus 145.

LAuda Anima mea Dominum: * Laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo quandiù ero.

Nolite confidere in Principibus, * nequè in filiis hominum in quibus non est salus.

Exiet spiritus eorum, revertetur in terram suam * in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus cujus Deus Jacob adjutor ejus: * Spes ejus in Domino Deo ipsius.

Qui fecit Cœlum & Terram, * Mare & omnia quæ in eis sunt.

Qui custodit veritatem in æternum, * qui facit judicium injuriam patientibus, & dat escam esurientibus.

Do-

Dominus solvit compeditos, Dominus erigit elisos, * Dominus illuminat cæcos, Dominus diligit Justos.

Dominus custodit Aduenas, * Orphanum & Viduam suscipiet, & viam peccatorum exterminabit.

Regnabit Dominus in æternum * Deus tuus Sion, in generatione & generatione.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Psalmus 121.

LÆtatus sum in his quæ dicta sunt mihi * in Domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri * in atriis tuis Jerusalem.

Jerusalem, quæ ædificatur Civitas * cujus participatio ejus in idipsum.

Illuc ascenderunt tribus, tribus Domini * Testimonium Israël ad confitendum Nomini tuo.

Quia illic sedérunt Sedes in judicio * Sedes super Domum David.

Rogate, quæ ad pacem sunt Jerusalem, * & abundantia diligentibus te.

Fiat Pax in Virtute tua, * & abundantia in Turribus tuis.

Propter Fratres meos, & Proximos meos * loquebar Pacem de te.

Propter Domum Domini Dei tui * quæsivi bona tibi.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Psalmus 122.

AD te levavi oculos meos * qui habitas in Cœlis.

Ecce sicut oculi Servorum * in manibus Dominorum suorum.

Et sicut oculi Ancillæ in manibus Dominæ, * ità oculi nostri ad Dominum Deum Nostrum donèc misereatur nobis.

Miserere nobis Domine miserere nobis, * quia multum repleti sumus contemptu.

Multumque repleta est Anima nostra * opprobrium abundantium, & despectio superbis.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Psalmus 123.

NIsi quia Dominus erat in nobis * dicat nunc Israel.

Nisi quia Dominus erat in nobis * cum exurgerent homines super nos, forsitan vivos deglutissent nos.

Dùm irascetur furor eorum adversum nos: * Forsitan velut aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransivit anima nostra: * Forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.

Benedictus Dominus; qui non dedit nos * in captione dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium * laqueus contritus est, & nos liberati sumus.

Adjutorium nostrum in Nomine Domini, * qui fecit Cœlum & Terram.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Reiteratur Antiphona.

Dominus solvit compeditos, Dominus erigit elisos, Dominus illuminat cæcos, diligit justos.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

Responsorium in Diebus Festivis.

Est & aliud Responsorium hoc præcedens: Gloria magna &c. sed quodlibet dici potest.

Pr. Auxilium meum á Domino, qui fecit Cœlum & Terram. Alleluià.

℞. Auxilium meum á Domino, qui fecit Cœlum & Terram. Alleluià.

Pr. ℣. Levavi oculos meos ad montes undè veniet auxilium mihi.

℞.

℟. A Domino, qui fecit Cœlum & Terram. Alleluìa.

Pr. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℟. Auxilium meum á Domino, qui fecit Cœlum & Terram. Alleluìa.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Lectio Libri Jeremiæ Prophetæ Capit. 6.

℟. Deo gratias.

HÆC dicit Dominus: State super vias & vidéte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & invenietis requiem animabus vestris.

℟. Amén.

Epistola Pauli Apostoli ad Colossenses Cap. 3.

℟. Deo gratias.

FRatres: Charitatem tenete, quod est vinculum perfectionis: Et Pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in uno Corpore. Grati estóte per fidem quæ est in Christo Jesu Domino Nostro. ℟. Amén.

LAUDA.

Pr. Alleluìa, Alleluìa, Alleluìa.

℟. Alleluìa, Alleluía, Alleluía.

Pr. Vivit anima mea Deus, & laudabit te.

℟. Alleluìa.

Pr. ℣. Et judicia tua adjuvabunt me.

℟. Alleluìa, Alleluìa.

HYMNUS.

FUndere preces tempus est,
Diei cursus admonet
Canere laudis canticum,
Tibi Redemptor omnium.

Serenam mentem effice
Opus honestum perfice,
Preces orantum accipe,
Vitam perennem tribue.

Præsta Pater piissime
Patrique compar unice

Cum

Cum Spiritu Paraclyto
In sempiterna sæcula. Amén.

CLAMORES.

Pr. Propitius esto iniquitatibus nostris, & sana Domine languores nostros.

℟. Propitius esto iniquitatibus nostris, & sana Domine languores nostros.

Pr. Propitius esto iniquitatibus nostris.

℟. Et sana Domine languores nostros.

Pr. Convertere Domine aliquantulum.

℟. Et repropitiare super servos tuos.

SUPPLICATIO.

Pr. Oremus. Pium & exaudibilem Dominum Nostrum Jesum Christum cum omni supplicatione rogemus: Ut nobis pœnitendi votum, & Pœnitentiæ fructum, & Vitæ æternę remedium propitius tribuere dignetur.

℟. Præsta Æterne Omnipotens Deus.

Pr. Kyrie eléyson.

℟. Christe eléyson. Kyrie eléyon.

CAPITULA.

Pr. Deus, qui pro Mundi Salvatione Nonæ horæ curriculo in Crucis Stigmate glorioso triumphasti miraculo: Et perempta Morte sanctorum animas eruens ab infernali ergastulo, viam nobis reserasti revertendo ad Superos: Quęsumus ut ità nostro complacearis obsequio; quatenùs illic post transitum properemus gressu perconcito, quo, tu nostra præcessisti vera Redemptio.

Pr. Pater Noster qui es in Cœlis.

℟. Amén.

Pr. Sanctificetur Nomen tuum.

℟. Amén.

Pr. Adveniat Regnum tuum.

℟. Amén.

Pr. Fiat Voluntas tua sicut in Cœlo & in Terra.

℟. Amén.

Pr. Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè.

℟. Quia Deus es.

Pr. Et dimítte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

℟. Amén.

Pr. Et ne nos inducas in tentatione.

℟. Sed libera nos á malo.

Pr. A malo nos libera, & in tuo timore & opere bono nos confirma Trinitas Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. Amén.

Pr. Humiliate vos benedictioni.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

BENEDICTIO.

Pr. Salva Plebem tuam Domine quam tu ipse creasti.

℟. Amén.

Pr. Benedic hęreditatem tuam quam Prctioso Sanguine redemisti.

℟. Amén.

Pr. Rege eam, & extolle eam usque in sempiternum & in sęculum sæculi.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam ipsius Dei Nostri qui est benedictus, & vivit & omnia regit in sæcula sæculorum.


℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu-Christi perficiamus cum Pace.

℟. Deo gratias.



V.

Ad Completorium Officium in omnibus Anni diebus recitandum.

Kyrie eléyson.

Christe eléyson.

Kyrie eléyson.

Pater Noster. Ave Maria.

Hæc sub silentio, flexisque genibus dicuntur, quibus finítis surgit cum Choro Presbyter, & signans se Signo Crucis clarâ voce dicit:

Pr. Signatum est super nos Lumen vultus tui Domine.

Tùnc Chorus prosequitur alternatìm sequentia, dicendo:

℟. Dedisti lætitiam in Corde meo.

A tempore frumenti Vini & Olei sui * multiplicati sunt.

In pace in idipsum * dormiam & requiescant.

Quoniàm tu Domine singularitèr in spe * constituisti me.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Alleluìa, Alleluia, Alleluìa.

In Quadragesima omittitur Alleluìa. Et ejus loco dicitur Laus tibi, Laus tibi Domine, Rex æternæ Glorię.

Deindè prosequitur á Choro alternatìm.

Eccè nùnc benedicite Dominum * omnes Servi Domini.

Qui statis in Domo Domini * in atriis Domus Dei Nostri.

In noctibus extollite manus vestras in sancta, * & benedicite Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion * qui fecit Cœlum & Terram.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Alleluìa, Alleluìa, Alleluìa.

In Quadragesima dicitur: Laus tibi &c. ut hìc suprà.

Benedictus es Domine Deus Patrum

trum nostrorum, * & laudabilis & gloriosus in sęcula.

Dignare Domine nocte ista * sine tribulatione & peccato nos custodíre.

Miserere nobis Domine, * Miserere nobis.

Quoniàm tu es Protector meus * in Manus tuas commendo spiritum meum.

Redemisti me Domine * Deus veritatis.

Custodi nos Domine ut pupillam oculi * sub umbra alarum tuarum protege nos.

HYMNUS.

SOL Angelorum respice,
Quem concupiscit mentium
Intenta visu castitas
Sursùm manentem cernere.

Quo cuncta pollent Cœlitus,
Cursu, recursu prospero,
Quo vita constat omnium,
Intende grates supplicum.

Da servulis custodiam,
Qua temperentur commoda:
Aversa sint obnoxia,
Corrupta nè sint pectora.

Frugalitas tu sensuum,
Sator, Salus, Refectio,
Potus cibique gaudium,
Lux atque Virtus cordium.

Repelle membris lubrica
Nè polluant lascivia;
Nè fœda vexet passio,
Culpetque mentis actio.

Virtutis infer copiam,
Conferasque Clementiam,
Oblîtus ut peccaminum,
Dones quietem temporum.

Votis rogamus affatìm
Superna pax illabere,
Qua cuncta tuta perpetìm
Serves subactis scandalis.

Gloria Patri Ingenito,
Gloria Unigenito,
Una cum Sancto Spiritu
In sempiterna sæcula. Amén.

Pr. Respice & exaudi me Domine Deus meus.

℟. Illumina oculos meos, nè unquàm obdormiam in morte.

Psalmus 90.

QUI habitat in adjutorio Altissimi * in Protectione Dei Cœli commorabitur.

Dicet Domino susceptor meus es tu, & refugium meum * Deus meus sperabo in eum.

Quia ipse liberavit me de laqueo venantium, * & á verbo aspero.

In scapulis suis obumbrabit tibi, * & sub pennis ejus sperabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus * non timebis á timore nocturno.

A sagîtta volante per diem, á negotio perambulante in tenebris, * á ruina & Dœmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille & decem millia á dextris tuis * ad te autèm non appropinquabit.

Verumtamèn oculis tuis considerabis, * & retributionem peccatorum videbis.

Quoniàm tu es Domine spes mea * Altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedent ad te mala, * & flagellum non appropiabit Tabernaculo tuo.

Quoniàm Angelis suis mandavit de te, * ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te * nè unquàm offendas ad lapidem pedem tuum.

Super Aspidem & Basiliscum ambulabis: * Et conculcabis Leonem & Draconem.

Quoniàm in me speravit, liberabo eum * protegam eum, quoniàm cognovit Nomen meum.

Invocavit me & ego exaudiam eum * cum ipso sum in tribulatione, & eripiam eum, & glorificabo eum.

Longitudine dierum adimplebo eum, * & ostendam illi salutare meum.

Glo-

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Statim sequitur.

Scuto circumdabit te Veritas ejus, non timebis á timore nocturno.

Si ascendero in lectum stratus mei memor esto mei Domine.

Si dedero somnum oculis meis, aut palpebris meis dormitationem, aut requiem temporibus meis: Memor esto mei Domine.

Donèc inveniam locum Domino, Tabernaculum Deo Jacob: Memor esto mei Domine.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén. Memor esto mei Domine.

Si ascendero in lectum stratus mei: Memor esto mei Domine.

Te deprecor Domine Author lucis nè derelinquas me: Sed memor esto mei Domine.

HYMNUS.

Cultor Dei memento,
Te fontis & lavacri
Rorem subisse Sacrum,
Te Chrismate innovatum.
Fac, cum Vocante somno
Castum petens cubile,
Frontem, locumque cordis
Crucis figura signet.
Crux pellit omne crimen:
Fugiant Crucem tenebræ:
Tali ditata Signo,
Mens fluctuare nescit.
Procùl, procùl vagantum
Portenta somniorum,
Procùl esto pervicax
Præstigiator astu.
O tortuose serpens,
Qui mille per Mæandros
Fraudesque flexuosas,
Agitas quieta corda.
Discede, Christus hic est:
Hic Christus est, liquesce:
Signum, quod ipse nosti,
Damnat tuam catervam.

Corpus licet fatiscens
Jacens reclinet paululùm
Christum tamèn sub ipso
Meditabimur sopore.
Gloria Deo Patri,
Et Christo Vivo Regi,
Paraclytoque Sancto,
Et nùnc & in æternum. Amén

Pr. Redimet Dominus animas Servorum suorum.

℞. Et non derelinquet omnes, qui sperant in Eum.

SUPPLICATIO.

Pr. Oremus. Pium & exaudibilem Dominum Nostrum Jesum-Christum cum omni supplicatione rogemus: Ut nos in hac nocte, & in omni tempore Angelica Custodia tueatur, & hostem calidum, & cum actibus suis, procùl á cordibus & á cubilibus nostris propitius expellere, & effugare dignetur.

℞. Præsta Æterne Omnipotens Deus.

Pr. Kyrie eléyson.

℞. Christe eléyson. Kyrie eléyson.

CAPITULA.

Pr. Respice Domine super nos, & vigila super Oves Gregis tui, nè fur nocturnus subripiat & furetur. Tu es enìm Domine, qui non dormis, neque obdormitas ad custodiendum animas nostras. Illumina cor nostrum lumine veritatis tuæ, ut tua Misericordia sempèr fulgeat in cordibus nostris.

Pr. Pater Noster qui es in Cœlis.

℞. Amén.

Pr. Sanctificetur Nomen tuum.

℞. Amén.

Pr. Adveniat Regnum tuum.

℞. Amén.

Pr. Fiat Voluntas tua sicut in Cœlo & in Terra.

℞. Amén.

Pr. Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè.

℞. Quia Deus es.

Pr.

Pr. Et dimítte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus Debitoribus nostris.

℟. Amén.

Pr. Et nè nos inducas in tentatione.

℟. Sed libera nos á malo.

Pr. A malo nos libera, & in tuo timóre, opere bono nos confirma Trinitas Deus Noster qui es benedictus & vivis & omnia regis in sæcula seculorum.

℟. Amén.

Pr. Humiliate vos benedictioni.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

BENEDICTIO.

Pr. Gregem tuum ne deseras Pastor bone & Visitator Animarum. ℟. Amén.

Pr. Fuga insidiantem Lupum, ut nullum in Nobis nocendi reperiat locum. ℟. Amén.

Pr. Nocturnum furem interfice Christe: Ut Oves Gregis tui in lumine constituti, integro possint numero permanére.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus & vivis & omnia regis in sæcula sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu Christi perficiamus cum Pace. ℟. Amén.

Finíto Completorii Officio dicitur per totum Annum quod sequitur.

Pr. Custodi nos Domine ut pupillam oculi.

℟. Sub umbra alarum tuarum protege nos.

ORATIO.

Pr. Salvasti nos Domine Jesu-Christe per diem vigilantes: Custodi nos in hac nocte requiescentes. Quod si nos obdormierimus, Spiritus tuus Sanctus vigilet super nos & custodiat in hac nocte & in omni tempore. ℟. Amén.

Pr.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit semper vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu-Christi in hac nocte dormiamus & quiescamus cum Pace.

℟. Deo gratias.



COMMUNE SANCTORUM BREVIARII MOZARABICI, SECUNDUM REGULAM BEATISSIMI ISIDORI ARCHIEPISCOPI HISPALENSIS, EGREGII HISPANIARUM DOCTORIS.

INCIPIT OFFICIUM unius Martyris præcipui sex, vel quatuor Capparum.

AD VESPEROS.

Kyrie eléyson.

Christe eléyson.

Kyrie eléyson.

Pater Noster. Ave Maria.

Totum hoc secretò genibusque flexis.

Posteà Presbyter surgit cum Choro, signat se Signo Crucis, & altâ voce dicit:

Pr. In Nómine Domini Nostri Jesu-Christi lumen cum Pace.

℟. Deo gratias.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Speravit anima in Domino á custodia matutina. P. Usque ad noctem. ℣. Sustinuit anima mea in verbo tuo Domine: Fiant aures tuæ intendentes in orationem Servi tui. P. Usque ad noctem.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

SONUS.

Deus præcinxit me virtute. ℟. Et posuit immaculatam viam meam. Alleluìa. ℣. Dextera tua Domine suscepit me, & Disciplina tua ipsa me docuit, Alleluìa. ℟. Et posuit immaculatam viam meam. Alleluìa.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA.

Hic vir justus & fidelis, in vita sua multa fecit bona. ℟. Et post mortem laudabilia opera ejus. ℣. Hic accipiet benedictionem á Domino, & misericordiam á Deo salutari suo. ℟. Et post mortem laudabilia opera ejus. ℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén. ℟. Et post mortem laudabilia opera ejus.

℣. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Diligam eum ex toto corde meo dicit Dominus. ℟. Et erit sicut ros Israel, germinavit sicut lilium & florebit. Alleluìa, Alleluía. ℣. Et ego primogenitum ponam illum excelsum prę Regibus terræ. ℟. Et erit sicut ros Israel, germinavit sicut lilium & florebit. ℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén. ℟. Et florebit. Alleluìa, Alleluìa.

HYMNUS.

INsignem Christi Martyrem
Laudemus ore & pectore,
Quem clara mortis gloria
Cœlestem fecit incolam.

Hic testis nàmque Fidei,
Authorem Christum prædicans:
Litáre Sacris Gentium
Contempsit imperteritus.

Non illum pœna Carceris,
Non rigor sævus Gladii,
Non ferri, non incendia,
Fidem certantes exasperant.

Se-

Sepulcro mortis exitum
Corpus, piato vulnere,
Emicans in Cœlum volat,
Christum sequutus Spiritu.
Quem cingit corona Deus,
Claro coruscat lumine,
Lętumque victorem Choris
Consociat Angelicis.
Mors ista pretiosa est
Cum Sanctis, & Beata Gens,
Qua Cœlum justis panditur,
Qua Regnum lucis traditur.
Deo Patri sit Gloria,
Ejusque Soli Filio,
Cum Spiritu Paraclyto,
In sempiterna sęcula. Amén.

SUPPLICATIO.

Pr. Oremus. Redemptorem Mundi Dominum Nostrum Jesum-Christum cum omni supplicatione rogemus, ut per gratiam ipsius, & per intercessionem Sanctę MARIÆ Virginis & Genitricis suæ, & per intercessionem Sancti Martyris sui N. nobis remissionem peccatorum, & pacem propitius donare dignetur.

℟. Præsta Æterne Omnipotens Deus.

Pr. Kyrie eléyson.

℟. Christe eléyson. Kyrie eléyson.

CAPITULA.

Pr. Beatissimi Martyris tui N. Domine Natalitia honóre debito venerantes, dexteræ tuæ opem exquirimus: Et gravati delictorum nostrorum pondere Divinam Potentiam exposcere non metuimus: Quantoque fragilitas nostra vitiorum obice verberetur perpendere non valemus: Qui recedendo á te, & per abrupta gradiendo facinorum, cæcitatis peccatum incurrimus: Et te, qui verum Justitiæ lumen es, contemnendo caruimus: Assiste quæsumus nunc Trinitas incommutabililis Deus familiæ tuæ precibus exoratus, cunctorum in hac

hac hora vespertina suscipe vota, cunctorumque pius crimina laxa, & omnium facinorum labe detersa Cœlestis Patriæ cunctis præmia tribuére promissa digneris.

Pr. Pater Noster qui es in Cœlis.

℟. Amén.

Pr. Sanctificetur Nomen tuum.

℟. Amén.

Pr. Adveniat Regnum tuum.

℟. Amén.

Pr. Fiat Voluntas tua sicut in Cœlo & in Terra.

℟. Amén.

Pr. Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè.

℟. Quia Deus es.

Pr. Et dimítte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus Debitoribus nostris.

℟. Amén.

Pr. Et nè nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos á malo.

Pr. Liberati á malo, confirmati sempèr in bono tibi servire mereamur Deo ac Domino Nostro. Pone Domine finem peccatis nostris. Da gaudium Tribulatis, præbe redemptionem Captivis, sanitatem Infirmis, requiemque Defunctis. Concede pacem & securitatem in omnibus diebus nostris. Frange audaciam Inimicorum nostrorum. Exaudi Deus orationes Servorum tuorum omnium Fidelium Christianorum in hoc die & in omni tempore. Per Dominum Nostrum Jesum-Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sempèr sæcula sęculorum. ℟. Amén.

Pr. Humiliate vos benedictioni.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

BENEDICTIO.

Pr. Petitiones nostras superna Divi-

vinitas suppleat, & desideria nostra Beatissimi Martyris sui N. intercessione perficiat.

℟. Amén.

Pr. Omnium Precibus Clemens Auditor assistat: Et cunctorum piacula bonitate propitia absolvat.

℟. Amén.

Pr. Sensus nostros nùnc in bonis sibi adhærére faciat, & in futuro suorum nos gaudiis jungat.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam ipsius Dei Nostri, qui est benedictus & vivit & omnia regit in sęcula sæculorum.

℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Statuit Dominus supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. p. Et immisit in os meum Alleluía, Hymnum Deo Nostro Alleluìa. ℣. Expectans expectavi Dominum, & intendit mihi. p. Et immisit in os meum Alleluía, Hymnum Deo Nostro Alleluìa. ℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. p. Et immisit in os meum Alleluìa, Hymnum Deo Nostro Alleluìa.

ORATIO.

Pr. Præsta nobis Deus, ut Beatissimus Martyr tuus N. assiduum det Pátrocinium, ut ejus quoque pręclárum assequi mereamur exemplum, quem Protectorem sentientes impensissimè, sequamur fortissimè præliantem.

℟. Amén.

Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus & vivis & omnia regis in sæcula sęcula sęculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu Christi perficiamus cum Pace.

℟. Deo

℟. Deo gratias.

Commemoratio quę debet dici in fine omnium Vesperorum per totum Annum, exceptis Officiis sex vel quatuor Capparum.

Pr. Vespere, Manè & Meridiè.

℟. Te laudamus Domine.

ORATIO.

Pr. Domine Deus Omnipotens, qui Vespere, Manè & Meridiè unum diem vocari jussisti, & ut Sol agnosceret Occassum suum imperasti: Aperi quæsumus tenebras Cordium nostrorum, ut te radiante cognoscamus te Deum verum, & Lumen æternum.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cùm spiritu tuo.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu Christi perficiamus cum Pace.

℟. Deo gratias.



AD MATUTINUM OFFICIUM.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu Christi Lumen cum Pace.

℟. Deo gratias.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA.

Labia mea Domine aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.

Psalmus L.

MIserere mei Deus * secundùm magnam Misericordiam tuam.

Et secundùm multitudinem miserationum tuarum * dele iniquitates meas.

Usquequaque lába me Domine ab injustitia mea, * & á peccato meo munda me.

Quoniàm iniquitates meas ego agnosco, * & peccatum meum contra me est sempèr.

Ti-

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci, * ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas dùm judicaris.

Eccè enìm in iniquitatibus conceptus sum, * & in delictis péperit me Mater mea.

Eccè enìm veritatem dilexisti: * Incerta & occulta Sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me Domine hyssopo, & mundabor * lababis me, & supra nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, * & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam á peccatis meis, * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus, * & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Nè projicias mè á facie tua, * & Spiritum Sanctum tuum nè auferas, á mè.

Redde mihi lætitiam salutaris tui, * & spiritu principali confirma me.

Doceam iniquos vias tuas, * & impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ, * & exultabit lingua mea Justitias tuas.

Domine labia mea aperies, * & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniàm si voluisses sacrificium dedissem utique, * holocaustis verò non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus, * cor contritum & humiliatum Deus non spernit.

Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion, * ut ædificentur muri Jerusalem.

Tùnc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes & holocausta, * tùnc impones super Altare tuum vítulos.

Gloria & Hónor Patri, & Filio

&

& Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Reiteretur Antiphona.

Pr. Labia mea Domine aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Pr. Exultent Domine labia nostra præconio veritatis, ut non resolvantur vaniloquio falsitatis, sìcque lingua nostra judicium veritatis loquatur, ut Christum tuum verum Judicem promptissima devotione laudet, atque ità præcepta tua assiduè in nostro corde versentur, ut gressus nostri ab insidiosis Decipulis minimè supplantentur. ℟. Amén.

Pr. Per misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA I.

Coronavit eum Dominus, & benedixit. P. Dilexit illum, & suprà multa múnera constituit illum. ℣. Beatus Vir, qui timet Dominum in mandatis ejus cupit nimìs. P. Et dilexit illum. ℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén. P. Et suprà multa múnera constituit illum.

ORATIO.

Pr. Concede Omnipotens Deus, ut Gloriosissimus Martyr tuus N. qui per Christum Dominum in Ecclesia devicit virilitèr adversarium, in Christo Ecclesiæ destruat Inimicum: Ut Populus fidelium æternam pacem & gaudium obtineat, dùm á te quoque securitatis conquirit proventum. ℟. Amén.

Pr. Per misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vi-

vivis & omnia regis in sæcula sæculorum.

℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA II.

Coronam Gloriæ ponam super Caput ejus, dicit Dominus. ℟. Et induam illum stolam candidam, quia servavit Mandata mea: Et propter Nomen meum effussus est Sanguis ejus in Terra. ℣. Potens in Terra erit Semen ejus, generatio rectorum benedicetur. ℟. Et induat illum stolam candidam, quia servavit Mandata mea. ℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén. ℟. Et propter Nomen meum effussus est Sanguis ejus in Terra.

ORATIO.

Pr. Præsta nobis Deus, ut Beatissimus Martyr tuus N. assiduum det nobis Patrocinium, ut ejus quoque preclarum assequi mereamur exemplum, quem Protectorem sentientes impensissimè, sequamur fortissimè præliantem.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum.

℟. Amén,

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA III.

In Paradyso deliciarum constituam illum dicit Dominus. ℟. Quia servavit Mandata mea, & Legem meam dilexit. ℣. Manus enìm mea auxiliabitur ei, & Brachium meum confortavit eum. ℟. Quia servavit Mandata mea, & Legem meam dilexit. ℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén. ℟. Quia servavit Mandata mea, & Legem meam dilexit.

ORATIO.

Domine Deus, qui Beatissimo Martyri tuo N. post patratam Victoriam, concessisti Regni potentiam: circa nos, Omnipotens, defensionis tuæ pone custodiam, ut quibus regnandi felicitas non debetur, delinquendi ferocitate sublata in te requiescendi securitas conferatur. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in secula sæculorum.

℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

RESPONSORIUM.

Ego sum Lux Mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, p. Sed habebit lumen vitæ, dicit Dominus. ℣. Si quis vult post me veníre, abneget semetipsum, & tollat Crucem suam, & sequatur me. Sed habebit lumen vitæ, dicit Dominus. ℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén. p. Ego sum Lux Mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ, dicit Dominus.

IN LAUDIBUS
AD CANTICUM
ANTIPHONA.

Pr. Lætor in sanctitate tua, quoniàm non est alius Deus quomodo Deus Noster.

Canticum Lib. I. Regum, Capit. 2.

Confirmatum est Cor meum in Domino, * & exaltatum est Cor meum in Deo salutari meo.

Dilatatum est super inimicos meos * os meum.

Lætor mihi in sanctitate, * quoniàm non est alius Deus quomodo Deus Noster, nequè Justus præter

te

te Domine, & non est Sanctus præter te.

Nolíte gloriari excelsè, & nolíte alta loqui in superbia, * & nè exeat magniloquium ex ore vestro quoniàm Deus scientiæ Dominus est.

Deus qui parat adinventiones suas: Arcus potentium infirmatus est, & infirmi virtute præcincti sunt * pleni panibus minorati sunt, & esurientes transierunt terram.

Sterilis péperit septem, * & fætosa in filiis infirmata est.

Deus mortificat & vivificat * ducit ad Inferos, & reducit.

Deus Pauperem, & Divitem facit, humiliat & exaltat, suscitat á terra inopem, & ab stercore erigit Pauperem, * & sedére facit eum cum Principibus Populi sui, & Thronum Glorię hæreditatem dabit illi.

Dat votum optanti, & benedicet annos Justi * quia non in Viribus potens est Vir.

Omnem enìm infirmum facit * adversarium ejus Dominus Sanctus.

Non glorietur Sapiens in Sapientia sua, neque glorietur Dives in Divitiis suis, * neque glorietur Fortis in Fortitudine sua.

Sed in hoc glorietur, qui gloriatur scire & intelligere Dominum, * facere judicium & justitiam super terram.

Dominus ascendit in Cœlos, & tonat: * Ipse judicat extrema terræ.

Potens est & dat virtutem Regibus, * & exaltat cornu Christi sui.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Reiterat. Antiphona.

Lætor in sanctitate tua, quoniàm non est alius Deus quomodò Deus Noster.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

AD

AD BENEDICTUS ANTIPHONA.

Pr. Benedictio Domini in mercedem justi festinat.

Canticum Trium Puerorum Daniel. Capit. III.

BEnedictus es Domine Deus Patrum Nostrorum, * & laudabilis & gloriosus in sæcula.

Et benedictum nomen Gloriæ tuę, * quod est Sanctum, & laudabile & gloriosum in sæcula.

Benedictus es in Templo sancto honoris tui, qui vides Abyssos, & sedes super sedem Regni tui in Firmamento Cœli, * & laudabilis & gloriosus in sæcula.

Benedicite omnia Opera Domini, Cœli, Angeli, * Aquæ omnes quæ estis supra Cœlos.

Omnes Virtutes, Sol & Luna, imber & ros, omnis Spiritus, * Ignis & Æstus, Noctes & Dies, Lux & Tenebræ.

Hyems & Æstus, Gelationes & Nives, * Fulgura & Nubes.

Terra, Montes & Colles, * & Omnia nascentia de terra.

Mária & Flumina, Fontes, Cete, * & Omnia quę moventur in aquis.

Volucres Cœli, Béstię & Jumenta, Filii hominum Israel, * Sacerdotes, Servi Domini, Spiritus & Animæ Justorum, Sancti, & humiles Corde.

Ananîa, Azarîa & Missael Domino Hymnum dicite, * & superexaltáte eum in sæcula. Amén.

Reiteretur Antiphona.

Benedictio Domini in mercedem justi festinat.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

SONUS.

Fac mecum Deus signum in bono. Alleluìa.

℣. Ut videant qui odérunt me, &

& confundantur, quoniàm tu Deus adjuvisti me, & consolatus es: me. Allelúia.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Pr. Laudate Dominum de Cœlis, Alleluía.

Laudate eum in excelsis, Alleluìa.

Psalmus 148. Alleluìa.

LAudate Dominum de Cœlis: * Laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus:* Laudate eum omnes Virtutes ejus.

Laudate eum Sol & Luna: * Laudate eum omnes Stellæ & Lumen.

Laudate eum Cœli Cœlorum, * & aquæ omnes quæ supra Cœlos sunt laudent Nomen Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt, * ipse mandavit, & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi * Præceptum possuit, & non præteribit.

Laudate Dominum de terra * Dracones & omnes Abyssi.

Ignis, Grando, Nix, Glacies, * Spiritus tempestatis, qui faciunt Verbum ejus.

Montes, & omnes Colles, * Ligna fructifera, & omnes Cedri.

Béstię & universa pecora, * Serpentes, & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes Populi * Principes, & omnes Judices terræ.

Juvenes & Virgines, Senes cum Junioribus * laudent Nomen Domini.

Quia exaltatum est Nomen ejus Solius. * Confessio ejus super Cœlum & Terram.

Et exaltavit cornu Populi sui * Hymnus omnibus Sanctis ejus: Filiis Israël Populo appropinquanti sibi.

Psalmus 149. Alleluìa.

CAntate Domino Canticum novum: * Laus ejus in Ecclesia Sanctorum.

Lætetur Israël in eo, qui fecit ipsum, * & Filiæ Sion exultent super Regem suum.

Laudent Nomen ejus in Choro * in Tympano & Psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in Populo suo, * & exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt Sancti in Gloria, * lætabuntur in cubilibus suis.

Exultationes Dei in faucibus eorum, * & Gladius bis acutus in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in Nationibus, * increpationes in Populis.

Ad alligandos Reges eorum in compedibus, * & Nobiles eorum in vinculis ferreis.

Ut faciam in eis judicium conscriptum * gloria hęc est omnibus Sanctis ejus.

Psalmus 150. Alleluia.

LAudate Dominum in Sanctis ejus: * Laudate eum in Firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in potentatibus ejus: * Laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ: * Laudate eum in Psalterio & Cithara.

Laudate eum in Tympano & Choro: * Laudate eum in Cordis & Organo.

Laudate eum in Cimbalis benesonantibus: * Laudate eum in Cimbalis jubilationis: Omnis Spiritus laudet Dominum.

Gloria & Honor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Reiteratur Antiphona.

Laudate Dominum de Cœlis, Alleluia. Laudate eum in excelsis, Alleluia.

℣. Dominus sit semper vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Lec-

Lectio Lib. Sapient. Salomon.

Cap. 18.

Respond. Deo gratias.

TEtigit Justum tentatio mortis, & commotio in erémo facta est multitudinis; sed non diù permansit ira tua; Properans enìm homo sine querela propugnavit, próferens servitutis suæ scutum, Orationem: Et per Incensum deprecationem allegans. Restitit iræ, & finem imposuit necessitati, ostendens quoniàm tuus est Famulus. Vicit autèm turbas non virtute Corporis, nèc armatura potentiæ, sed verbo Dei vexatorem projécit, juramenta Parentum commemorans. Cùm enìm jàm catervatìm cecidissent super alterutrum mortui, interstétit & amputavit impetum, & divisit illam, quæ ad Vivos ducebat viam; In veste enìm Podéris, quam habebat, totus erat Orbis terrarum, & Parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta, & magnificencia tua in Diademate Capitis illius erat inscripta. ℟. Amén.

HYMNUS.

DEUS tuorum militum
Sors & corona præmium,
Laudes canentes Martyris
Absolve nexu criminis.

Hic nempè mundi gaudia,
Et blandimenta noxia,
Caduca ritè deputans,
Pervénit ad Cœlestia.

Pœnas cucurrit fortitèr,
Et substulit virilitèr,
Pro te fundensque Sanguìnem
Æterna dona possidet.

Ob hoc precatu supplici
Te poscimus Piissime
In hoc triumpho Martyris
Dimitte noxam servulis.

Deo Patri sit Gloria,
Ejusque Soli Filio,
Cum Spiritu Paraclyto
In sempiterna sæcula. Amén.

SUPPLI-

SUPPLICATIO.

Pr. Oremus. Redemptorem Mundi Dominum Nostrum Jesum-Christum cum omni supplicatione rogemus: Ut per gratiam ipsius, & per intercessionem Sanctæ MARIÆ Virginis & Genitricis suę, & per intercessionem Sancti Martyris sui N. nobis salutem animę & corporis, remissionem peccatorum, & pacem propitius donare dignetur.

℟. Præsta Æterne Omnipotens Deus.

Pr. Kyrie eléyson.

℟. Christe eléyson. Kyrie eléyon.

CAPITULA.

Pr. Acceptabile Deo, nobis quoque conveniens est, ut alacres, ac solemnes ad celebrandum Tabernaculi Gloriam conveniamus dilectissimi Fratres: Ut dùm ultrici manui ejus reverentèr dependimus obsequelam, copiosam hauriamus Divinę Gratiæ opulentiam.

Pr. Pater Noster qui es in Cœlis.

℟. Amén.

Pr. Sanctificetur Nomen tuum.

℟. Amén.

Pr. Adveniat Regnum tuum.

℟. Amén.

Pr. Fiat Voluntas tua sicut in Cœlo & in Terra.

℟. Amén.

Pr. Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè.

℟. Quia Deus es.

Pr. Et dimítte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus Debitoribus nostris.

℟. Amén.

Pr. Et nè nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos á malo.

Pr. Liberati á malo, confirmati sempèr in bono tibi servire mereamur Deo ac Domino Nostro. Pone Domine finem peccatis nostris, da gaudium Tribulatis, prębe redemptionem Captivis,

vis, sanitatem Infirmis, requiemque Defunctis. Concede pacem & securitatem in omnibus diebus nostris. Frange audaciam inimicorum nostrorum. Exaudi Deus Orationem Servorum tuorum omnium Fidelium Christianorum in hoc die, & in omni tempore. Per Dominum Nostrum Jesum Christùm Filium tuum qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sempèr sæcula sæculorum. ℟. Amén.

LAUDA.

In Psalterio & Cythara dicam Alleluia. p. In Psalterio decem cordarum dulcis sonus est Alleluia, Alleluia. ℣. Cantate Domino Canticum novum, quia mirabilia fecit. p. In Psalterio decem cordarum dulcis sonus est Alleluia, Alleluia. ℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

p. In Psalterio decem cordarum dulcis sonus est Alleluia, Alleluia.

Pr. Humiliate vos benedictioni.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

BENEDICTIO.

Pr. Petitiones nostras superna Divinitas suppleat, & desideria nostra Beatissimi Martyris sui N. intercessione perficiat.

℟. Amén.

Pr. Omnium precibus Clemens Auditor assistat: Et cunctorum piacula propitiâ bonitate absolvat.

℟. Amén.

Pr. Sensus nostros nunc in nobis sibi adhærére faciat: Et in futuro suorum nos gaudiis jungat.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam ipsius Dei Nostri, qui est benedictus, & vivit & omnia regit in sæcula sæculorum.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu-Christi perficiamus cum Pace.

℟. Deo gratias.

Posteà fiat Commemoratio.

Pr. Ad annuntiandum manè Misericordiam tuam.

℟. Et Veritatem tuam per noctem.

ORATIO.


MAnè Domine Oratio nostra perveniat ad te, quia suscepisti confractionem fragilitatis nostræ. Concede nobis diem istum jocundum & pacificum, sine scandalo, sine macula, sine ulla tentatione: Ut advenientes ad Vesperum te collaudemus Regem Æternum.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum.

℟. Amén.

Pr. Fidelium animæ omnium Defunctorum per Misericordiam in Christo Dei sine fine requiescant in pace. ℟. Deo gratias.



Quæ sequuntur Officia Sanctorum Communia incipi debent, prosequi & concludi, eodem ordine qui in præcedenti Officio præscriptus est.

II.

ALIUD OFFICIUM
Unius Martyris Pontificis.

Ad Vesperos.

LAUDA:

GLoria & honore coronasti eum Domine. ℣. Gloriam & magnum decórem imposuisti super eum p. Domine. Sonus. Fac mecum Deus signum in bono, Alleluía. ℣. Ut videam qui me odérunt, & confundantur, quoniàm tu Deus adjuvisti me, & consolatus es me, Alleluìa.

ANTIPHONA.

Oculus Dei aspexit justum in bono, & elégit illum ab humilitate

te sua, audivit eum & vocem ipsius. ℣. Lex Dei ejus in corde ipsius & non supplantabuntur gressus ejus. ℟. Et elégit illum ab humilitate sua, audivit eum & vocem ipsius. ℣. Gloria & Hónor Patri. ℟. Audivit eum & vocem ipsius.

LAUDA.

Justus ut palma florebit. Alleluia. Sicut Cedrus Libani multiplicabitur. Alleluia, Alleluia. ℟. Potens in terra erit semen sanctum ejus. ℣. Generatio rectorum benedicetur. ℟. Sicut Cedrus Libani multiplicabítur. Alleluía, Alleluia. ℣. Gloria & Hónor Patri. ℟. Sicut Cedrus Libani multiplicabitur. Alleluia, Alleluia.

Hymn. Insignem Christi Martyrem.

Supplic. Orem. Redemptorem. Ut in Offic. præced. Fol. 38. & 39.

CAPITULA.

Pr. Adesto Domine Celebrantibus Ecclesiæ tuæ mysteria, quæ dependunt in laudem Martyris tui N. atque Pontificis. Sint grata in oculis tuis neque frustremur in nocturnis actibus, qui Gloriosum Martyrem atque Pontificem tuum vespertinis Officiis frequentamus. Sitque vita nostra devotioni sacræ non dissona, ut qui honorificè recolimus Martyrem, ipsius vitæ teneamus sanctissimè dignitatem.

Pr. Pater Noster &c. Liberati á malo &c. Ut in præced. Officio Fol. 40.

Pr. Humiliate vos Benedictioni.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

BENEDICTIO.

Pr. Patrocinio Sancti sui Martyris atque Pontificis N. preces nostras & holocausta, Christus Dominus clementèr custodiat.

℟. Amén.

Pr. Ejus intercessu postulationes nostras attendat, & ab omnibus peccatis purificatos custodiat.

℟.

℟. Amén.

Pr. Ut Passio quæ affuit ad Gloriam comitetur nobis ad veniam.

℟. Amén.

Pr. Per misericordiam ipsius &c. Ut supra.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Lauda. Statuit Dominus supra petram &c. Quære Fol. 41.

ORATIO.

Pr. Interveniente Beatissimo Martyre tuo N. atque Pontifice custódi nos Domine ab Inimicis: Dùm aut certandi instantiam sumimus, aut periculi foveam evitamus. Ostende mendaces, qui nos odiis malignis infestant, & dùm maculas infigunt tu benignè emundes. ℟. Amén.

Pr. Per misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus &c. Ut supra.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.


Pr. In nomine Domini Nostri Jesu Christi perficiamus cum Pace.

℟. Deo gratias.

COMMEMORATIO.

Pr. Vesperè, Manè & Meridiè &c. Cum Orat.

Pr. Domine Deus Omnipotens &c. Ut suprà.



AD MATUTINUM.

Antiph. Pr. Labia mea Domine aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.

Psalm. L. Miserere mei Deus secundùm magnam &c. Dicitur totus cum Gloria & Hónor. Posteà reiteratur

Antiph. Labia mea Domine &c.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Pr. Exultent Domine labia nostra præconio veritatis, ut non resolvantur vaniloquio falsitatis; Sicque lingua nostra judicium veri-

ritatis loquatur, ut Christum tuum verum Judicem promptissima devotione laudet, atque ità Præcepta tua assiduè in corde nostro versentur, ut gressus nostri ab insidiosis decipulis minimè supplantentur.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus &c. ut suprà.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA I.

Iste Sanctus clamavit, & Dominus exaudivit eum. ℟. Et ex omnibus tribulationibus ejus liberavit eum. ℣. Potens in Terra erit Semen ejus, generàtio rectorum benedicetur. ℟. Et ex omnibus tribulationibus ejus liberavit eum. ℣. Gloria & Hónor &c. ℟. Et ex omnibus tribulationibus liberavit eum.

ORATIO.

Pr. Interveniente Beatissimo Martyre tuo atque Pontifice N. custodi nos Domine ab inimicis, dùm aut certandi instantiam sumimus, aut periculi foveam evitamus. Ostende mendáces, qui nos odiis malignis infestant; Et dùm maculas infigunt tu benignè emundes. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus &c.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA II.

Ego clamavi quia exaudisti me Deus: Inclina Aurem tuam mihi, & exaudi verba mea. ℟. Custodi me ut pupillam oculi: Sub umbra alarum tuarum protege me. ℣. Exaudi Deus Orationem meam, cum tribulor, á timore inimici libera Animam meam. ℟. Custodi me ut pupillam oculi: Sub umbra alarum tuarum protege me. ℣. Gloria & Hónor Patri &c. ℟. Custodi me ut pupillam oculi: Sub umbra alarum tuarum protege me.

ORATIO.

Pr. Christe qui es Ecclesiæ tuæ Caput, præsta ut Beatus Martyr tuus N. atque Pontifex in Corpore Ecclesiæ tuæ constitutus, qui tùnc membra pro Capite dedit, nunc Caput pro membris adhibére non cesset: Capiti proximus, regat totum & protegat Corpus, adimpèndens uberius quo se exultat obtinuisse feliciùs. ℞. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus &c.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA III.

Homo justus erit quasi flos agri, & redolebit gratus odor ejus. ℟. Et omnis qui sperat in Deum laudabit eum. ℣. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. ℟. Et omnis qui sperat in Deum laudabit eum. ℣. Gloria & Hónor Patri &c. ℟. Et omnis qui sperat in Deum laudabit eum.

ORATIO.

Domine Deus, Beatus Martyr tuus & Pontifex N. vincat suis meritis nostra flagitia, qui non suis, sed Divinis virtutibus sęvientium potuit superare supplicia: Et qui dudum in illis vicit atrocitatibus impietatem, in nobis ipsa manus tua, malæ cupiditatis superet voluntatem.

℞. Amén.

RESPONSORIUM.

Justus justificetur, & Sanctus sanctificetur. ℟. Adhuc Beatus qui lavit stolam suam, ut sit potestas ejus in ligno vitæ. ℣. Et quicumque vicerit sic, vestietur candida veste, & non delébo nomen ejus de Libro vitæ. ℟. Adhuc Beatus qui lavit stolam suam, ut sit potestas ejus in ligno vitę. ℣. Gloria & Hónor Patri &c. ℟. Justus justificetur, & Sanctus sanctificetur adhuc Beatus qui lavit stolam suam, ut sit potestas ejus in ligno vitæ.

IN LAUDIBUS

AD CANTICUM.

ANTIPHONA.

Pr. Thronum Gloriæ hæreditas illi, dat votum optanti, & benedicit annos justi.

CANTICUM.

Confirmatum est cor meum &c. Quære sup. Fol. 46.

Reiteretur Antiph. Thronum Gloriæ.

AD BENEDICTUS.

ANTIPHONA.

Pr. Benedictio Domini in mercedem Justi festinat.

Benedictus es Domine Deus Patr. Nostr. Quo dicto ut suprà habetur Fol. 48. Reiteratur Antiph. Benedictio Domini &c.

SONUS.

Septies in die laudem dixi tibi Domine. Alleluia, Alleluia. ℣. Super judicia Justitiæ tuæ. Alleluia, Alleluia.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Pr. Laudate Dominum de Cœlis. Alleluia. Laudate eum in Excelsis. Alleluia.

Psalm. Laudate Dominum 148.

Psalm. Cantate Domino 149.

Psalm. Laudate Dominum in Sanct. 150.

Quibus dictis reiteratur Lauda Laudate Dominum de Cœlis &c. Quę cum his tribus Psalmis habetur Folio 49. & 50.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

PROPHETIA.

Lectio Libri Sapientię Salomonis.

℟. Deo gratias.

JUstus si morte præoccupatus fuerit, anima ejus in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est non diuturna neque numero annorum computata. Cani sunt autèm sensus hominis, & ætas senectutis vita

ta immaculata. Placens Deo factus dilectus, & vivens inter peccatores translatus est. Raptus est nè malitia mutaret intellectum ejus, aut afflictio reciperet animam illius: Fascinatio enìm nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ transvertit sensum sine malitia. Consummatus in brevi explevit tempora multa. Placita enìm erat Deo anima illius, propter hoc properavit éducere illum de medio iniquitatum. Populi autèm videntes & non intelligentes nèc ponentes in præcordiis suis talia. Quoniàm Misericordia Dei & gratia in Sancto illius, & respectus in electo ipsius. ℟. Amén.

Hymnus. Deus tuorum militum &c.

Supplicat. Oremus. Redemptorem &c. Ut in dicto Officio. Quære Fol. 51. & 52.

℟. Presta Æterne Omnipotens Deus.

Pr. Kyrie eléyson.

℟. Christe eléyson. Kyrie eléyon.

CAPITULA.

Omnipotens Deus, qui Martyrem tuum N. atque Pontificem de hostibus triumphare fecisti, eodem intercedente remove Ecclesiæ hostes: In Ecclesia auge credentes; Illi virtute assidua repellantur; Isti gratia indefessa multiplicentur, ut tuam in Martyre fortitudinem adversi sentiant, & favorem subjecti cognoscant.

Pater Noster &c.

Liberati á malo &c. Ut suprà Fol. 52.

LAUDA.

℣. In Psalterio & Cythara dicam Alleluìa. ℟. In Decem-Cordarum dulcis sonus est. Alleluìa, Alleluía. ℣. Cantatate Domino Canticum novum, quia mirabilia fecit. ℟. In Decem-Cordarum dulcis sonus est. Alleluía, Alleluía. ℣. Gloria & Hónor Patri &c. ℟. In Decem-Cordarum dulcis sonus est. Alleluìa, Alleluìa.

Pr. Humiliate vos Benedictioni.

Pr.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

BENEDICTIO.

Patrocinio Sancti sui Martyris N. atque Pontificis Preces nostras, & holocausta Christus Dominus clementèr custodiat. ℟. Amén.

Pr. Ejus intercessu postulationes nostras attendat, & ab omnibus peccatis purificatos custodiat. ℟. Amén.

Pr. Ut Passio quæ affuit ad Gloriam, comitetur nobis ad veniam.

Pr. Per misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sęcula sæculorum.

℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu Christi perficiamus cum Pace.

℟. Deo gratias.

Fit Commemor. Ad annuntiandum Manè.

Cum Orat. Manè Domine, ut suprà.

III.

Sequuntur alii Vespertini unius Martyris simplicis, seu IX. Lectionum.

Ad Vesperos.

LAUDA.

Lucerna pedibus meis verbum tuum ℟. Domine Lumen sémitis meis. ℣. Voluntaria oris mei comproba Deus, & judicia tua doce me ℟. Domine Lumen sémitis meis.

SONUS.

Benedic Anima mea Dominum, qui sanat omnes languores tuos: ℟. Et redimit de interitu vitam tuam, Alleluìa. ℣. Qui coronat te in miseratione, & misericordia, renovabit sicut Aquilæ juventutem tuam: ℟. Et redimit de interitu vitam tuam.

ANTIPHONA.

Benè nuntiavi justitiam tuam in Ecclesia magna. ℟. Eccè labia mea non prohibui, Domine tu cognovisti. ℣. Expectans expectavi Do-

minum, & intendit mihi. ℟. Ecce labia mea non prohibui, Domine tu cognovisti. ℣. Gloria & Hónor Patri &c. ℟. Ecce labia mea non prohibui, Domine tu cognovisti.

LAUDA.

Beatus vir, Alleluia, ℟. Qui implevit Alleluìa, Desiderium suum Alleluìa. ℣. Benignus vir, qui miseretur & commodat, disponit Sermones suos in Judicio, quia in æternum non commovebitur. ℟. Qui implevit Alleluìa, Desiderium suum Alleluìa. ℣. Glória & Hónor Patri &c. ℟. Qui implevit Alleluìa, Desiderium suum Alleluía.

Hymnus. Deus tuorum Militum &c. ut suprà.

Supplicatio. Oremus. Redemptorem &c. ut suprà. Ut in Communi unius Martyris non Pontif.

CAPITULA.

Pr. Gratias tibi agimus Omnipotens Deus, in quo noviter ostenduntur spei fructus, quibus promerendi fiduciam tàm fortissimi Martyris tui N. prestatur infatigabilis intercessus. Quo Invictus Christi tui Miles Officii sui non immemor, qui tradidit Animam suam pro Christo, non cesset Preces offerre pro Populo Christiano.

Pater Noster &c. Liberati á malo &c. Requere Fol. 40.

Pr. Humiliate vos benedictioni.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

BENEDICTIO.

Pr. Christus Dominus, qui Martyri suo N. patiendi contulit votum, patientiam nobis tribuat contra omnes illecebras vitiorum.

℟. Amén.

Pr. Et qui illi donavit peracta passione Coronam, nobis conferat peracto luctamine, Cœli gaudia repromissa.

℟. Amén.

Pr. Ut qui hac die tanti Martyris

Soc

Solemnia celebratis, cum eodem post transitum collocati, in Cœlestibus sedibus gaudeatis.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam ipsius Dei Nostri, qui est benedictus, & vivit & omnia regit in sæcula seculorum.

℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Pr. Benefecit Dominus cum anima ejus. ℟. Et aperuit illi januam fidei. Alleluía, Alleluía. ℣. Lex Dei ejus in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus ejus. ℟. Et aperuit illi januam fidei. Alleluìa, Alleluìa. ℣. Gloria & Hónor Patri &c. ℟. Et aperuit illi januam fidei. Alleluía, Alleluìa.

ORATIO.

Pr. Præsta nobis Deus, ut Beatus N. Martyr tuus assiduum det Patrocinium, ut ejus quoque præclarum assequi mereamur exemplum; Ut sentientes impensissimè suffragantem sequamur fortissimè præliantem. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster &c. Quære supr.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu-Christi perficiamus cum Pace.


℟. Deo gratias.

COMMEMORATIO.

Pr. Vesperè, Manè & Meridiè.

℟. Te laudamus Domine.

Pr. Oratio. Domine Deus Omnipotens &c.



AD MATUTINUM.

Antiph. Pr. Laudabit lingua mea Justitias tuas Deus meus.

Psalm. L. Miserere mei Deus secundùm magnam &c. Ut supr. Quo dicto cum Gloria & Hónor &c. Reiteratur Antiph. Labia mea Domine aperies, & os meum &c.

Pr.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Pr. Laudet te Domine lingua nostra annuntiando Justitias tuas, & exultent labia nostra præconio veritatis, ut non disolvantur vaniloquio falsitatis; Sìcque tibi confitendo remissis criminibus in te exultemus, ut in Congregatione Justorum sacro agmine decantantes, vitæ beatæ efficiamur hæredes.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster &c.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA I.

Pr. Iste homo in Certamine fortis factus est. P. Et á persequentibus liberatus est, quoniàm perseveravit in innocentia sua. ℣. Maxima est gloria ejus in salutari tuo, gloriam & magnum decórem impones super eum. P. Et á persequentibus liberatus est, quoniàm perseveravit in innocentia sua. ℣. Gloria & Hónor Patri &c. P. Et á persequentibus liberatus est, quoniàm perseveravit in innocentia sua.

ORATIO.

Pr. Presta nobis Omnipotens Deus, ut Beatus N. Martyr tuus assiduum det Patrocinium, ut ejus quoque præclarum assequi mereamur exemplum: Ut sentientes impensissimè suffragantem, sequamur fortissimè præliantem.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA II.

Eccè intelliget Púer meus, excelsus erit & sublímis. P. Et ego suscipiam eum. ℣. Manus enìm

mea

mea auxiliabitur ei, & Brachium meum confortabit eum. ℟. Et ego suscipiam eum. ℣. Gloria & Hónor Patri &c. ℟. Et ego suscipiam eum.

ORATIO.

Pr. Fac nos Domine Beati Martyris tui N. sequipedes, ut ejus muniti suffragio, respuamus fallacias Dœmonum, cujus instructi patrocinio videamus bona Domini in Regione vivorum.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster &c.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA III.

Eccè Servus meus suscipiam eum. ℟. Electus meus, complacuit sibi in illo Anima mea. ℣. Potens in Terra erit Semen ejus, Generatio rectorum benedicetur. ℟. Electus meus. ℣. Glória & Hónor Patri &c. ℟. Complacuit sibi in illo Anima mea.

ORATIO.

Pr. Æternum nomen virtutis tuæ Omnipotens Deus oramus, ut nos Martyris tui N. & omnium Sanctorum meritis, socios, fide pares, devotione strenuos, passione consimiles, & in resurrectione Felicium facias coæquari.

℟. Amén.


Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster &c.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

RESPONSORIUM.

Justus si morte præoccupatus fuerit. ℟. Anima ejus in refrigerio erit. ℣. In memoria æterna erit justus, ab auditu malo non timebit. ℟. Anima ejus in refrigerio erit. ℣. Gloria & Hónor Patri &c. ℟. Anima ejus in refrigerio erit.



IN LAUDIBUS.

AD CANTICUM.

ANTIPHONA.

Pr. Thronum Gloriæ hæreditas illi: Dat votum optanti, & benedicit annos Justi.

CANTICUM.

Confirmatum est Cor meum &c. Fol. 46. Reiteret. Antiph. Thronum Gloriæ &c.

AD BENEDICTUS.

Antiphona. Pr. Benedictio Domini in mercedem justi festinat.

CANTICUM.

Benedictus es Domine Deus Patr. nostr. Fol. 48. Reiteretur Antiph. Benedictio Domini &c.

SONUS.

Septies in die laudem dixi tibi Domine Alleluía, Alleluía. ℣. Super judicia justitiæ tuæ Alleluìa, Alleluìa. Pr. Dominus sit sempèr vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Pr. Laudate Dominum de Cœlis, Allelùia. Laudate eum in Excelsis. Alleluìa.

Psalmus. Laudate Dominum. 148.

Psalmus. Cantate Domino. 149.

Psalmus. Laudate Dominum in Sanctis. 150.

His dictis reiteratur Antiph. Laudate Dominum de Cœlis &c. Quæ cum tribus Psalmis habetur Fol. 49. & 50.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Prophetia. Justus si morte præoccupatus.

Hymnus. Deus tuorum Militum.

Supplicatio. Oremus. Redemptorem.

Capitula. Omnipotens Deus, qui Martyr.

Lauda. In Psalterio & Cythara &c. Quære in Laudibus Officii præced.

Benedictio. Christus Dominus, qui

qui Martyri suo patiendi contulit votum. Ut suprà in Vesperis hujus Officii.

Pr. Per Misericordiam ipsius Dei Nostri, qui est benedictus, & vivit & omnia regit in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

In Nomine Domini Nostri Jesu-Christi perficiamus cum Pace.

℟. Deo gratias.

COMMEMORATIO.

Pr. Ad annuntiandum Manè &c.

℟. Et veritatem tuam &c.

ORATIO.

Pr. Manè Domine Oratio nostra &c.

Pr. Per Misericordiam tuam &c.

Pr. Fidelium animę omnium &c. Ut suprà in Laudibus Officii unius Martyr. præcip. Fol. 54.



IV.

INCIPIT OFFICIUM SIVE HISTORIA PLURIMORUM MARTYRUM SEX CAPPARUM.

AD VESPEROS.

Kyrie eléyson.

Chrite eléyson. Kyrie eléyson.

Pater Noster. Ave Maria.

Totum hoc secretò, flexisque genibus.

Posteà Presbyter surgit, simùl-cum Choro, signansque se Signo Crucis altà voce dicit:-:

Pr. In Nomine Domini Nostri Jesu Christi lumen cum Pace.

℟. Deo gratias.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Exortum est in tenebris lumen rectis corde. ℟. Misericors, & Miserator & Justus Dominus. ℣. Directam fecit viam Justorum, & præparavit iter Sanctorum. ℟. Mi-

se-

sericors, & Miserator & Justus Dominus.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

SONUS.

Justorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Alleluìa. ℣. Visi sunt in oculis insipientium mori, & extimata est malitia exitus illorum, illi autèm sunt in pace. Alleluìa.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA.

Viri Justi germinate sicut Rosæ germinant sub umbra montis. p. Et quasi lilium odórem suavitatis habéte. ℣. Gaudéte Justi in Domino rectos decet collaudatio. p. Et quasi lilium odórem suavitatis habéte. ℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén. p. Et quasi lilium odórem suavitatis habéte.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Sanguinem Sanctorum requiram dicit Dominus. p. Et habitabo cum eis in Regno meo. Alleluìa, Alleluìa. ℣. Fidelis Dominus in verbis suis, & Sanctus in omnibus operibus suis. p. Et habitábo cum eis in Regno meo. Alleluìa, Alleluìa. ℣. Gloria & Hónor Patri &c. p. Et habitábo cum eis in Regno meo. Alleluía, Alleluìa.

HYMNUS.

Sanctorum meritis inclyta gaudia
Pangamus Socii, gestaque fortia;
Nàm gliscit animus promere cantibus
Victorum genus optimum.
Hi sunt, quos retinens mundus inhorruit:
Ipsum nàm sterili flore peraridum
Sprevére penitùs, teque secuti sunt,
Rex Christe bone cœlitùs.
Hi pro te furias, atque ferocia

Cal-

Calcarunt hominum sævaque verbera,
Cessit his lacerans fortitèr ungula,
Nèc carpsit pęnetralia.
Cęduntur gladiis more bidentium
Non murmur resonat, non querimonia,
Sed corde tacito mens benè conscia
Conservat patientiam.
Quę vox, quę poterit lingua retexere,
Quę tu Martyribus munera pręparas,
Rubri nàm fluido Sanguine laureis
Ditantur benè fulgidis.
Te summa Deitas, unaque poscimus
Ut culpas abluas, noxia subtrahas,
Des pacem famulis, nos quoque gloriam,
Per cuncta tibi sæcula. Amén.

SUPPLICATIO.

Pr. Oremus. Redemptorem Mundi Dominum Nostrum Jesum Christum cum omni supplicatione rogemus: Ut per gratiam ipsius & per intercessionem Sanctæ MARIÆ Virginis, & Genitricis suæ, & per intercessionem Sanctorum Martyrum suorum N. N. nobis remissionem peccatorum, & pacem propitius donare dignetur.

℟. Pręsta Æterne Omnipotens Deus.

Pr. Kyrie eléyon.

℟. Christe eléyson. Kyrie eléyson.

CAPITULA.

Pr. Christe, qui es Dei Patris indeficiens lumen, tibi hoc diei vergentis occiduo, & advenienti Noctis primordio, in Commemoratione Sanctorum Martyrum tuorum N. N. votivas fundimus Preces: Fidelitèr exorantes, ut iisdem suffragantibus, Famulorum tuorum concordes, & pacificas Orationes, ad vocem Sacrificii Vespertini Hymnis Oblatas & Canticis, misericors, & placatus acceptare digneris.

Pr. Pater Noster qui es in Cœlis.

℟. Amén.

Pr. Sanctificetur Nomen tuum.

℟. Amén.

Pr. Adveniat Regnum tuum.

℟. Amén.

Pr. Fiat Voluntas tua sicut in Cœlo & in Terra.

℟. Amén.

Pr. Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè.

℟. Quia Deus es.

Pr. Et dimítte nobis debita nostra sicut & nos dimíttimus Debitoribus nostris.

℟. Amén.

Pr. Et nè nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos á malo.

Pr. Liberati á malo, confirmati sempèr in bono tibi servire mereamur Deo ac Domino Nostro Jesu-Christo. Pone Domine finem peccatis nostris; Da gaudium Tribulatis; Præbe redemptionem Captivis; Sanitatem Infirmis; Requiemque Defunctis: Concede pacem & securitatem in omnibus diebus nostris: Frange audaciam Inimicorum nostrorum: Exaudi Deus Orationes Servorum tuorum omnium Fidelium Christianorum in hoc die & in omni tempore. Per Dominum Nostrum Jesum-Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sempèr sæcula sæculorum.

℟. Amén.

Pr. Humiliate vos benedictioni.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

BENEDICTIO.

Pr. Meritis Sanctorum suorum N. N. Divina Pietas Benedictionem nobis impertiat.

℟. Amén.

Pr. Preces nostras propitiatus exaudiat.

℟. Amén.

Pr. Ità sua gratia nobis occurrat in veniam, ut mortem nostram commoveat in Vitam.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam ipsius Dei Nostri, quí est benedictus, & vivit & omnia regit in sæcula sæculorum.

℟. Amén.

Pr.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Gaudium sempiternum super Caput Sanctorum. ℟. Laus & jocunditas apprehendet eos Alleluìa, Alleluìa. ℣. Beati qui custodiunt judicium, & faciunt justitiam in omni tempore. ℟. Laus & jocunditas apprehendet eos Alleluìa, Alleluía. ℣. Gloria & Hónor Patri &c. ℟. Laus & jocunditas apprehendet eos Alleluía, Alleluìa.

ORATIO.

Pr. Memento Nostri Domine, & sicut Beatissimis Sanctis tuis N. N. digna præmia reddis, ità nostris parce & miserere peccatis, ut absoluti de præteritis, mereamur custodiam de futuris.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sęcula sæculorum.


℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu-Christi perficiamus cum Pace.

℟. Deo gratias.



SEQUUNTUR MATUTINI DE PLURIBUS SANCTIS MARTYRIBUS

Præcipuis vel solemnibus.

ANTIPHONA.

Pr. Da nobis lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma nos Domine.

Psalmus L.

MIserere mei Deus * secundùm magnam Misericordiam tuam.

Et secundùm multitudinem miserationum tuarum * dele iniquitates meas.

Usquequaque laba me Domine ab iniquitate mea, * & á peccato meo munda me.

Quo-

Quoniàm iniquitates meas ego agnosco, * & peccatum meum contra me est sempèr.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci, * ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas dùm judicaris.

Eccè enim in iniquitatibus conceptus sum, * & in delictis pépe- rit Mater mea.

Eccè enim veritatem dilexisti: * Incerta & occulta Sapientię tuæ manifestasti mihi.

Asperges me Domine hyssopo, & mundabor * lababis me, & supra nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, * & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam á peccatis meis, * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus, * & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Nè projicias me á facie tua, * & Spiritum Sanctum tuum nè auferas á me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui, * & spiritu principali confirma me.

Doceam iniquos vias túas, * & impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ, * & exultabit lingua mea justitias tuas.

Domine labia mea aperies, * & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniàm si voluisses sacrificium dedissem utique, * holocaustis verò non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus, * Cor contritum & humiliatum Deus non spernit.

Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion, * ut ędificentur Muri Jerusalem.

Tùnc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes & holocausta, *

tùnc

tùnc impones super Altare tuum vitulos.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Reiteret. Antiphona.

Da nobis lætitiam salutaris tui, & Spiritu principali confirma nos Domine.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Pr. Redde nobis Domine lætitiam salutaris tui, quam amissimus inique gerendo, & prætermissimus negligendo. Tu ad eam nos revoca, & eam nobis restaura, ut peccato expulso succedat justitia, & mœstitiâ repulsâ adsit lætitia. Da quæsumus hanc jocunditatem, ut pervenire mereamur ad æternam salutem.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum.

℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA I.

Justi epulentur, & exultent in conspectu Domini. ℟. Et delectentur in lætitia. ℣. Salus autem Justorum á Domino Deo est in tempore opportuno, & in tempore tribulationis. ℟. Et delectentur in lætitia. ℣. Gloria & Hónor Patri &c. ℟. Et delectentur in lætitia.

ORATIO.

Pr. Memento Nostri Domine, & sicut Beatissimis Sanctis tuis N. N. digna prçmia reddis ità, nostris parce & miserere peccatis, ut absoluti de præteritis, mereamur custodiam de futuris.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster &c.

℟. Amen.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA II.

Qui persequebantur Justos demersisti Domine in profundum. ℟. Et in columna nubis Dux eorum fuisti. ℣. Quia tu Domine suavis & mitis, & multæ misericordiæ omnibus invocantibus te. ℟. Et in columna nubis Dux eorum fuisti. ℣. Gloria & Hónor Patri &c. ℟. Et in columna nubis Dux eorum fuisti.

ORATIO.

Pr. Gaudium nostrum, & salus nostra, virtus atque justitia Domine Deus Omnipotens: Fac nos quæsumus placida tibi Sanctorum sorte gaudére, & illic laudes tuas rectorum munere perpetìm decantare.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum.

℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA III.

Prope timentes Deum salutare ipsius, & super Sanctos suos. ℟. Et in eos qui convertuntur ad ipsum. ℣. Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, & Sanctus in omnibus operibus suis. ℟. Et in eos qui convertuntur ad ipsum. ℣. Gloria & Hónor Patri &c. ℟. Et in eos qui convertuntur ad ipsum.

ORATIO.

Pr. Beatissimorum Martyrum tuorum N. N. præsidiis animati fida ad Dominum Nostrum pergat Oratio, ut quorum in hoc sæculo gloriosum celebramus triumphum, eorum in æternum precibus adjuvemur.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Nos-

Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum.

℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

RESPONSORIUM.

Sancti qui certamen habuerunt, pro fide, Inimicus in eis potestatem non habebit quia clamaverunt una voce dicentes. ℟. Sanctus Deus, Sanctus Fortis Excélsus, Sanctus & Immortalis Miserere nobis. ℣. Vidi in Cœlo turbam magnam quam dinumerare nullus poterat, & clamabant voce magna dicentes. ℟. Sanctus Deus, Sanctus Fortis Excelsus, Sanctus & Immortalis Miserere nobis. ℣. Gloria & Hónor Patri &c. ℟. Sancti qui certamen habuerunt pro fide, Inimicus in eis potestatem non habebit, quia clamaverunt dicentes: Sanctus Deus, Sanctus Fortis Excelsus, Sanctus & Immortalis Miserere nobis.

IN LAUDIBUS.

AD CANTICUM.

ANTIPHONA.

Pr. Diligentes te Domine sicut Sol in ortu suo resplendens, ità rutilant.

Canticum. Judic. Cap. V.

QUI spontè obtulistis de Israel animas vestras ad periculum * benedicite Dominum.

Audíte Reges, percipite auribus Principes, * Ego sum, ego sum quæ Domino canam & psallam Domino Deo Israel.

Domine cum exires de Seir, * & transires per Regiones Edom.

Terra mota est * Cœlique ac Nubes stillaverunt aquis.

Montes fluxerunt á facie Domini, * & Sinai á facie Domini Dei Israel.

In diebus Samgar filii Anath, in diebus Jael quieverunt semitæ, * & in-

ingrediebantur per eas, ambulaverunt per Calles devios.

Cessaverunt fortes in Israel, & quieverunt: * Donèc surgeret Delbora, surgeret Mater in Israel.

Nova bella elégit Dominus, & portas hostium ipse subvertit * Clypeus & hastâ si apparuerint in quadraginta millibus Israel.

Cor meum diligit Principes Isráel, * qui propria voluntate obtulistis vos discrimini, benedicite Domino.

Qui ascenditis super nitentes Asinos, & sedetis in judicio, & ambulatis in via, * loquimini ubì collisi sunt currus Hostium, & suffocatus est Exercitus.

Ibì narrentur justitię Domini, * & clementia in fortes Israel.

Tùnc descendit Populus Domini ad portas, * & obtinuit Principatum.

Surge, surge Delbora, surge, surge loquere canticum: * Surgé Barach, & apprehende captivos tuos Fili Abinoem.

Salvatæ sunt reliquiæ Populi, * Dominus in fortibus dimicavit.

Ex Ephraim delebo eos in Amalec, * & post eum Benjamin.

In Populos tuos ó Amalec, de Macir Principes descenderunt, & de Zabulon, * qui Exercitum ducerent ad bellandum.

Duces Isachar fuere cum Delbora & Barach vestigia sunt sequuti, * qui quasi in præceps ac in Baratrum se discrimini dedit.

Divisso contra se Ruben * magnanimorum reperta contentio est.

Quare habitas inter duos terminos, * ut audias Sibilos Gregum?

Gath trans Jordanem quiescebat, * & Dan vacabat navibus.

Aser habitabat in litore maris, * & in portubus morabatur.

Zabulon verò & Nephtali, * obtulerunt animas suas morti in Regione Cane.

Ve-

Venérunt Reges & pugnavérunt, pugnavérunt Reges Chanaan in Thanc juxta aquas Maggeddo, * & tamèn nihil tulérunt prædántes.

De Cœlo dimicátum est contra eos: * Stellæ manentes in ordine & cursu suo, adversus Sisaram pugnavérunt.

Torrens Cison traxit Cadavera eorum, Torrens Cadumin Torrens Cison * conculca animam robustorum.

Ungulæ Equorum cecidérunt, * fugientibus impetum, & per præceps rugientibus fortissimis hostium.

Maledicite terræ Merom dixit Angelus Domini, maledicite habitatoribus ejus, * quia non venérunt in auxilium Domini, in adjutorium Fortissimorum ejus.

Benedicta inter Mulieres Iahel Uxor Haber Cinæi * benedicatur in tabernaculo suo.

Aquam petenti Lac dedit, * & in Phiala Principum obtulit Butyrum.

Sinistram manum misit ad Clavum, & dexteram ad Fabrorum malleos, * percussitque Sisaram, quærens in capite vulneris locum, & tempus validè perforans.

Inter pedes ejus ruit, defecit, & mortuus est: * Ante pedes illius volvebatur, & jacebat exanimis & miserabilis.

Per fenestram respiciens ululabat Mater, * & de Cœnaculo loquebatur dicens:

Cùr morantur regredi currus ejus? * quarè tardavérunt pedes Quadrigárum illius?

Una Sapientior cæteris uxoribus ejus * hęc Socrui verba respondit.

Forsitàn nùnc divider spolia, * & pulcherrima fœminarum eligitur ei.

Vestes quoque diversorum colorum Sisarę tradentur in prædam, * & suppelex varia ad ornanda colla congeritur.

Sic pereant omnes inimici tui Domine; Sic pereant: * Qui autem te diligunt, sicut Sol in Ortu suo resplendet, ità rutilent.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sęcula sęculorum. Amén.

Reiterat. Antiphona.

Diligentes te Domine, sicut Sol in Ortu suo resplendens, ità rutilant.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

AD BENEDICTUS

ANTIPHONA.

Pr. Sancti & humiles corde, Spiritus & Animę Justorum benedicite Dominum.

CANTICUM TRIUM PUERORUM.

Daniel. Cap. III.

BEnedictus es Domine Deus Patrum nostrorum, * & laudabilis & gloriosus in sęcula.

Et benedictum Nomen gloriæ tuę * quod est sanctum & laudabile, & gloriosum in sæcula.

Benedictus es in templo sancto honoris tui, qui vides Abyssos, & sedes super Sedem Regni tui in Firmamento Cœli, * & laudabilis & gloriosus in sęcula.

Benedicite omnia Opera Domini, Cœli, Angeli, * Aquæ omnes quę estis supra Cœlos.

Omnes Virtutes, Sol & Luna, Imber & Ros, omnis Spiritus, * Ignis & Æstus, Noctes & Dies, Lux & Tenebræ.

Hyems & Æstus, Gelationes & Nives, * Fulgura & Nubes.

Terra, Montes & Colles, * & omnia nascentia dè Terra.

Mária & Flumina, Fontes, * Cete, & omnia quę moventur in aquis.

Volucres Cœli, Béstiæ & Jumenta, * Filii Hominum Israël.

Sacerdotes, Servi Domini, * Spiri-

ri-

ritus & Animæ Justorum, Sancti & humiles Corde.

Ananîa, Azarîa & Missael Domino Hymnum dicite, * & superexaltate eum in sæcula. Amén.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Reiterat. Antiphona.

Sancti & humiles Corde, Spiritus & Animæ Justorum benedicite Dominum.

SONUS.

Salus Justorum á Domino est, & salvabit eos. Alleluìa, Alleluìa.

℣. Quia speraverunt in Deum vivum. ℟. Et salvabit eos. Alleluìa, Alleluìa.

LAUDA.

Laudate Dominum de Cœlis. Alleluìa. Laudate eum in Excelsis. Alleluìa.

Psalmus 148.

LAudate Dominum de Cœlis: * Laudate eum in Excelsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus: * Laudate eum omnes Virtutes ejus.

Laudate eum Sol & Luna: * Laudate eum omnes Stellæ & Lumen.

Laudate eum Cœli Cœlorum, * & aquæ quę super Cœlos sunt laudent Nomen Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt, * ipse mandavit, & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in sęculum sæculi * Præceptum posuit, & non præteribit.

Laudate Dominum de terra * Dracones & omnes Abyssi.

Ignis, Grando, Nix, Glacies, * Spiritus tempestatis, qui faciunt Verbum ejus.

Montes & omnes Colles, * Ligna fructifera, & omnes Cedri.

Béstię & universa pecora, * Serpentes, & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes Populi * Principes, & omnes Judices terræ.

Ju-

Juvenes & Virgines, Seniores * laudent Nomen Domini.

Quia exaltatum est Nomen ejus solius: * Confessio ejus super Cœlum & Terram.

Et exaltavit cornu Populi sui * Hymnus omnibus Sanctis ejus, Filiis Israel, Populo appropinquanti sibi.

Psalm. 149. Alleluia.

CAntate Domino Canticum novum: * Laus ejus in Ecclesia Sanctorum.

Lætetur Israel in eo, qui fecit ipsum, * & Filii Sion exultent super Gregem suum.

Laudent Nomen ejus in Choro, * in Tympano & Psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in Populo suo, * & exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt Sancti in Gloria, * lætabuntur in cubilibus suis.

Exultationes Dei in faucibus eorum, * & Gladius bis acutus in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in Nationibus, * increpationes in Populis.

Ad alligandos Reges eorum in compedibus, * & Nobiles eorum in vinculis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conscriptum, * Gloria hæc est omnibus Sanctis ejus.

Psalm. 150. Alleluia.

LAudate Dominum in Sanctis ejus: * Laudate eum in Firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in Potentatibus ejus: * Laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ: * Laudate eum in Psalterio & Cythara.

Laudate eum in Tympano & Choro: * Laudate eum in Chordis & Organo.

Lau-

Laudate eum in Cimbalis benesonantibus: Laudate eum in Cimbalis jubilationis: * Omnis Spiritus laudet Dominum.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Reiterat. Antiphona.

Laudate Dominum de Cœlis, Alleluia. Laudate eum in Excelsis. Allelúia.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

PROPHETIA.

Lectio Libri Sapientię Salomonis Cap. V.

℟. Deo gratias.

JUsti in perpetuum vivent, & apud Dominum est merces eorum, & cogitatio illorum apud Altissimum. Ideò susceperunt Regnum decóris, & Diadema speciei de manu Domini, quoniám dextera sua reget eos, & Brachio suo defendet illos. Tùnc stabunt Justi in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt, & qui abstulerunt labores illorum. Videntes turbabuntur terrore horribili, & mirabantur in subitatione insperatæ salutis. Dicentes inter se, & præ angustia Spiritus gementes: Hi sunt quos aliquando habuimus in Risu, & in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam & finem illorum sine honore. Quomodò computati sunt inter Filios Dei & inter Sanctos sors illorum est. ℟. Amén.

HYMNUS.

LAudes Sanctorum Martyrum,
Quos sacra fecit Passio
Christi conformes glorię,
Puris canamus cordibus.
Quos de futuris præmiis
Securos Cœli Milites,
Nec Mundi movit vánitas,
Nec terror fregit impius.

Æterni fontis etiàm
Semèl rigati poculo,
Sitim præsentis temporis
Refrigerabat Spiritus.

Suum factorem Dominum
Christum sequuti Martyres,
Post Ignes, Cruces, Gladios,
Æternæ flores Gloriæ.

Deo Patri sit Gloria,
Ejusque soli Filio
Cum Spiritu Paraclyto
In sempiterna sæcula. Amén.

SUPPLICATIO.

Pr. Oremus. Redemptorem Mundi Dominum Nostrum Jesum-Christum cum omni supplicatione rogemus, ut per gratiam ipsius & intercessionem Sanctæ MARIÆ Virginis, & Genitricis suę, & per intercessionem Sanctorum Martyrum suorum N. N. nobis remissionem peccatorum, & pacem propitius donare dignetur.

℟. Præsta Æterne Omnipotens Deus.

Pr. Kyrie eléyson.

℟. Christe eléyson, Kyrie eléyson.

CAPITULA.

Pr. Deus, qui es in omnium Sanctorum protectione mirabilis, qui hunc diem præcipuorum Martyrum tuorum N. N. consecrasti, quæsumus Clementiam tuam, & da Ecclesiæ tuæ Catholicæ dè tantis gaudére Principibus, ut illorum sequi mereamur pia devotione Doctrinam, qui dilectos tibi Greges tuo pane paverunt: Et qui tibi de tuo munere placuerunt eorum precibus adjuti mereamur dę præsentibus angustiis liberari.

Pr. Pater Noster qui es in Cœlis.

℟. Amén.

Pr. Sanctificetur Nomen tuum.

℟. Amén.

Pr. Adveniat Regnum tuum.

℟. Amén.

Pr. Fiat voluntas tua sicut in Cœlo & in Terra.

℟. Amén.

Pr. Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè.

℟. Quia Deus es.

Pr. Et dimítte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus Debitoribus nostris.

℟. Amén.

Pr. Et nè nos inducas in tentatione.

℟. Sed libera nos á malo.

Pr. Liberati á malo, confirmati sempèr in bono tibi servire mereamur Deo ac Domino Nostro: Pone Domine finem peccatis nostris; Da gaudium Tribulatis; Prebe redemptionem Captivis; Sanitatem Infirmis; Requiemque Defunctis: Concede pacem & securitatem in omnibus diebus nostris; Frange audaciam Inimicorum nostrorum; Exaudi Deus orationem Servorum tuorum omnium Fidelium Christianorum in hoc die & in omni tempore. Per Dominum Nostrum Jesum-Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sempèr sæcula sæculorum.

℟. Amén.

LAUDA.

Respexit eos cum tribularentur. Allelùia. P. Cum exaudiret orationes eorum. Allelùia, Allelùia. ℣. Et clamaverunt Justi ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberavit eos. P. Cum exaudiret orationes eorum. Allelùia, Allelùia. ℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén. P. Cum exaudiret orationes eorum. Allelùia, Allelùia.

Pr. Humiliate vos Benedictioni.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

BENEDICTIO.

Pr. Meritis Sanctorum suorum N. N. divina Pietas, Benedictionem nobis impertiat.

℟. Amén.

Pr.

Pr. Preces nostras propitius exaudiat.

℟. Amén.

Pr.Ità sua gratia nobis occurrat in veniam, ut mortem nostram commoveat in vitam.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam ipsius Dei Nostri, qui est benedictus, & vivit & omnia regit in sæcula sæculorum.


℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In Nomine Domini Nostri Jesu-Christi perficiamus cum Pace.

℟. Deo gratias.



V.

OFFICIUM PLURIMORUM MARTYRUM QUATUOR CAPPARUM.

AD VESPEROS.

ANTIPHONA.

Exortum est in tenebris &c. Ut in Vesper. Officii precedentis.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

SONUS.

Gaudéte Justi in Domino, rectos decet collaudatio. Alleluìa. ℣. Confitemini Domino in Cythara, in Psalterio Decem-cordarum psallite Deo. Alleluìa, Alleluìa.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA.

Sancti sicut Rosæ germinant per diem. ℟. Et velut germen Olivæ per totam noctem. ℣. Beata Gens cujus est Dominus Deus ejus, Populus quem elégit in hæreditatem sibi. ℟. Et velut germen Olivæ per totam noctem. ℣. Gloria & Hònor Patri &c. ℟. Et velut germen Olivæ per totam noctem.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Beati mundo corde. ℟. Quoniàm ipsi Déum videbunt. Alleluía,

ia, Alleluia, Alleluia. ℣. Beati qui custodiunt judicium, & faciunt justitiam in omni tempore. ℟. Quoniàm ipsi Deum videbunt. Alleluia, Alleluia, Alleluia. ℣. Gloria & Honor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℟. Quoniàm ipsi Deum videbunt. Alleluia, Alleluia, Alleluia.

Hymnus. Sanctorum meritis &c.

Supplicat. Oremus. Redemptorem &c. Quære in Vesper. præcedentibus.

CAPITULA.

Pr. Deus Sanctorum omnium gloriosa & copiosa misericordia: Exaudi supplicem tibi plebem; per Sanctorum Martyrum tuorum N. N. Suffragia postulantem. Rege nos per alternas temporum vices, & dispares dierum ac noctium successiones pari protectione custodi; ut adjuti Sanctorum præcipuorum Martyrum tuorum N. N. precibus, qui diem hunc per Misericordiam tuam prosperum duximus; noctem quoque hanc placidam tibi Animarum & Corporum puritate ducamus.

Pr. Pater Noster qui es in Cœlis &c.

Pr. Liberati á malo &c. Ut in præced. Officio.

Pr. Humiliate vos benedictioni.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

BENEDICTIO.

Pr. Sanctorum præcipuorum Martyrum tuorum N. N. nos Domine muniant patrocinia, & expient á peccato.

℟. Amén.

Pr. Illorum nos efficiant suffragatione felices: Quorum nunc sumus solemnitatibus obsequentes.

℟. Amén.

Pr. Et cum illis paritèr mereamur ingredi Cœlum: Quorum nunc in terra celebramus Triumphum.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam ipsius Dei Nostri, qui est benedictus, & vivit & omnia regit in sæcula sæculorum.

℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Gaudium sempiternum super Caput Sanctorum. ℟. Laus & Jocunditas apprehendet eos Alleluía, Alleluìa. ℣. Beati qui custodiunt judicium, & faciunt justitiam in omni tempore. ℟. Laus & Jocunditas apprehendet eos Alleluìa, Alleluìa. ℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén. ℟. Laus & Jocunditas apprehendet eos Alleluìa, Alleluía.

ORATIO.

Pr. Deus, qui Sanctorum Martyrum tuorum N. N. meritis agnosceris esse mirabilis: Esto placabilis nostris excessibus, & auxiliator in omnibus opportunis: Sitque hónor virtutis tuæ quod glorificas Sanctos, & Gratia quod justificas impios. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam &c. Vide suprà.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu-Christi perficiamus cum Pace.

℟. Deo gratias.

COMMEMOR.

Pr. Vesperè, Manè & Meridiè &c.

℟. Te laudamus Domine &c.

ORATIO.

Pr. Domine Deus Omnipotens, qui Vesperè, Manè & Meridiè unum diem vocari jussisti, & ut Sol agnosceret occasum suum imperasti: Aperi quæsumus tenebras cordium nostrorum, ut te radiante cognoscamus te Deum verum, & Lumen æternum. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam &c.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In Nomine Domini &c. Ut suprà.

AD MATUTINUM.

ANTIPHONA.

Pr. Da nobis lætitiam salutaris tui, & Spiritu principali confirma nos Domine.

Psalm. L. Miserere mei Deus secundùm magnam &c. Quære retrò in præced. Matutin.

Quo finito iteratur Antiphon. Da nobis lætitiam salutaris tui &c.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Pr. Redde nobis Domine lætitiam salutaris tui quam amisimus iniquè gerendo, & pretermisimus negligendo: Tu ad eam nos revoca, & eam nobis restaura, ut peccato expulso succedat justitia, & mœstitia repulsa adsit lætitia. Da quæsumus hanc jocunditatem ut pervenire mereamur ad æternam salutem. ℟. Amén.

ANTIPHONA I.

Sanctis tuis Domine magna erat Lux. P. Eo quod ignem urentem, Columnam lucis habuerunt in nocte. ℣. Invocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos; In Columna Nubis loquebatur ad eos. P. Eo quod ignem urentem, Columnam lucis habuerunt in nocte. ℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio &c. P. Eo quod ignem urentem, Columnam lucis habuerunt in nocte.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Pr. Deus, qui Sanctorum Martyrum N. N. tuorum meritis agnosceris esse mirabilis; Esto placabilis excessibus nostris, & auxiliator in omnibus opportunis: Sitque hónor virtutis tuæ, quod glorificas San-

Sanctos, & gratia, quod justificas impios. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam &c. Ut suprà.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA II.

Quanta malignatus est Inimicus in Sanctis tuis, & gloriati sunt omnes qui te oderunt in medio Atrii tui. p. Eleva manum tuam Domine in superbia eorum in finè. ℣. Incenderunt igni Sanctuarium tuum in terra, polluerunt Tabernaculum Nominis tui. p. Et gloriati sunt omnes qui te oderunt in medio Atrii tui. ℣. Gloria & Hónor Patri & Filio &c. p. Eleva manum tuam Domine in superbia eorum in fine.

ORATIO.

Pr. Deus, qui virtutem Sanctis & Sanctimoniæ ornamenta largiris, hanc Ecclesiam honores Martyribus tuis N. N. exhibentem Sanctitatis perorna Insignibus: Ut qui gloriantur victores triumpho extare Martyres, sìc ęternis Sanctorum tuorum felicitatibus copulentur.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam &c. Ut suprà.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA III.

Sancti tui Domine. p. Quasi Oves exultaverunt glorificantes te, quia liberasti eos. ℣. Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in Nomine tuo exaltabuntur. p. Quasi Oves exultaverunt glorificantes te. ℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio &c. p. Quia liberasti eos.

ORATIO.

Pr. Sanctos tuos Domine Martyres N. N. virtute tuæ dexteræ fultos invicto agone certasse recolimus: Undè eorum memorias vene-

neramur, paritèr & oramus ut sicut illustres eos tui nominis Confessio prębuit, ità nostri sedulitate obsequii dignentur jugitèr nobis adesse Patroni. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam &c.

Ut suprà.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

RESPONSORIUM.

Beati qui habent partem in prima resurrectione, in eis secunda mors non habebit potestatem. ℣. Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniàm ipsorum est Regnum Cœlorum. ℟. In eis secunda mors non habebit potestatem. ℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio &c. ℟. Beati qui habent partem in prima resurrectione &c.

IN LAUDIBUS
AD CANTICUM
ANTIPHONA.

Omnes Sancti in manu Dei sunt, & qui appropinquant pedibus ejus accipient de Doctrina ipsius.

Canticum Deuteronomii.
Cap. 33.

Dominus de Sina venit, * & de Seir ortus est nobis.

Apparuit de Monte Pharan, * & cum eo Sanctorum millia.

In dextera ejus ignea Lex * dilexit Populos.

Omnes Sancti in manu ejus sunt, * & qui appropinquant pedibus ejus accipient de Doctrina ipsius.

Legem præcepit nobis Moyses: * Hæreditatem multitúdinis Jacob.

Erit apud rectissimum Rex * congregatis Principibus Populi cum Tribubus Israël.

Vivat Ruben & non moriatur, * & sit parvus in numero.

Audi Domine vocem Judæ, * & ad Populum suum introduc eum.

Manus ejus pugnaverunt pro eo, * & adjutor illius contra adversarios ejus erit.

Perfectio tua, & Doctrina tua Levi * Viro Sancto tuo.

Quem probasti in tentatione, * & judicasti ad aquas contradictionis.

Qui dixit Patri suo, & Matri nescio vos, & Fratribus suis ignoro illos, * & nescierunt Filios suos.

Hi custodierunt eloquium tuum, & Præceptum servaverunt: * Judicia tua ó Jacob, & Legem tuam ó Israël.

Ponent Thymiama in furore tuo, * & Holocaustum super Altare tuum.

Benedic Domine fortitudini ejus, * & opera manuum illius suscipe.

Percute Dorsa inimicorum ejus, * & qui oderunt eum non consurgant.

Amantissimus Domini Benjamin habitabit confidentèr in eo, * & quasi in Thalamo tota die morabitur, inter humeros illius requiescet.

Benedictio Domini terra Joseph * de pomis Cœli, & rore atque Abysso subjacente: De pomis fructuum Solis ac Lunæ.

De vertice antiquorum Montium, de pomis Collium æternorum, * & de fructibus terrę & plenitudine ejus.

Benedictio illius, qui apparuit in Rubo, * veniat super Caput Joseph, & super verticem Nazaræi inter Fratres suos.

Quasi primogenita Tauri pulchritudo ejus, cornua Rhinocerotis, cornua ipsius, * in ipsis ventilabit Gentes usque ad terminos terræ.

Hæc

Hæc sunt multitudines Ephraim, * & hæ millia Manasse.

Lętare Zabulon in exitu tuo, * & Issachar in Tabernaculo tuo.

Populos ad Montem vocabunt. * ibi immolabunt victimas justitiæ.

Qui inundationem Maris quasi lac sugent, * & thesauros absconditos arenarum.

Benedictus ille in latitudine Gath * quasi Leo requievit, cepit brachium ac verticem.

Et vidit Principatum suum, * quod in parte Doctorum esset repositus.

Qui facit Principibus Populi, * & fecit Justitias Domini, & Judicium suum cum Israel.

Dan Catulus Leonis, * fluet largitèr de Basan.

Nephtalim abundantia perfruetur, & plenus erit benedictione Domini, * Mare & Meridiem possidebit.

Benedictus in Filiis Aser * sic placens in Fratribus suis.

Tingat in oleo pedem suum, * ferrum & æs calceamentum ejus.

Sicut dies juventutis tuæ * ità & senectus tua.

Non est alius, ut Deus Fortissimus * Accensor Cœli, auxiliator tuus.

Magnificentiæ ejus discurrunt Nubes, habitacula ejus sursùm, * & subtèr brachia sempiterna: Ejiciet á facie tua Inimicum, discetque conterere.

Habitabit Israel confidentèr & solus, * oculi Jacob in terra frumenti & Vini, Cœlique caligabunt rore.

Beatus tu Israel quis similis tibi? * Popule qui salvaris á Domino.

Scutum auxilii tui, * & Gladius Gloriæ tuæ.

Negabunt te Inimici tui, * & tu eorum colla calcabis.

Gloria & Hónor Patri, & Filio &

& Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Reiteretur Antiphona. Omnes Sancti in manu Dei sunt, & qui appropinquant pedibus ejus accipient de Doctrina ipsius.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Pr. Venisse te Dominum cum Sanctorum millibus, venturum Prophetarum vaticiniis audientes, exposcimus: Ut qui te ad redemptionem Mundi venisse jàm credimus; Venturum quoque ad Judicium purgatis cordibus præstolemur: Ut quia in manu tua Sanctorum multitudo consistit, in remedio pietatis tuę redditus á te, peccantium, cumuletur; Qualitèr appropinquantes pedibus tuis, satiemur sempèr Doctrina intimæ visionis. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam &c. Ut suprà.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

AD BENEDICTUS.

ANTIPHONA.

Sancti & humiles Corde, Spiritus & Animæ Justorum benedicite Dominum.

CANTICUM.

Pr. Benedictus es Domine Deus Patrum &c. Ut suprà in præced. Offic. Fol. 78.

SONUS.

Via Justorum Regia facta est, Alleluìa. Iter Sanctorum præparatum est, Alleluìa, Alleluìa. ℣. Alleluìa. Hìc est Civitas & Salvatio Justorum. Pone murum & juxta murum congregationes Sanctorum, Alleluía.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Lectio Libri Sapientiæ Salomon. Cap. 3.

℟. Deo gratias.

Justorum Animæ in manu Dei sunt

sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, & æstimata est malitia exitus illorum, & ab itinere justo abierunt in exterminium, & quod á nobis est iter exterminii illi autem sunt in pace; Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati, & in multis benè disponentur. Quoniàm Deus tentavit illos, & invenit eos dignos se. Tanquam aurum in fornace probavit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt Justi, & tanquam scintillæ in arundineto discurrunt; Judicabunt Nationes, & dominabuntur Populis, & regnavit illorum Dominus in perpetuum. ℟. Amén.

HYMNUS.

REX gloriose Martyrum,
Corona confitentium,
Qui respuentes terrena
Perducis ad Cœlestia.
Aurem benignam protinùs
Appone nostris precibus,
Trophęa sacra pangimus,
Ignosce quod delinquimus.
Tu vincis in Martyribus,
Parcendo Confessoribus:
Tu vince nostra crimina
Donando indulgentiam.
Deo Patri sit Gloria,
Ejusque soli Filio
Cum Spiritu Paraclyto
In sempiterna sæcula. Amén.

Supplicat. Oremus. cum reliquis, ut in Offic. præc. Fol. 82.

CAPITULA.

Pr. Deus qui Beatorum tuorum N. N. Martyrum sollicitus Custos, & amplificus Remunerator existis, hanc plebem nostram agonibus congaudentem, intende Clemens, & da singulis quod poscunt, qui Sanctis tribuisti de hoste triumphum, ut quos per carnis mortem tibi

placuisse meminimus, Patronos apud te sempèr strenuos habeamus.

Pr. Pater Noster qui es in Cœlis &c.

Pr. Liberati á malo &c. Quære retrò Fol. 82. & 83.

LAUDA.

Gaudium sempiternum super Caput Sanctorum. ꝑ. Laus & Jocunditas apprehendet eos Alleluía, Alleluìa. ℣. Beati qui custodiunt judicium, & faciunt justitiam in omni tempore. ꝑ. Laus & Jocunditas apprehendet eos Alleluìa, Alleluìa. ℣. Gloria & Hónor Patri &c. ꝑ. Laus & Jocunditas apprehendet eos Alleluìa, Alleluía.

Pr. Humiliate vos benedictioni.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

BENEDICTIO.

Pr. Sanctorum præcipuorum Martyrum suorum N. N. nos Domine muniant patrocinia, & expient á peccato.

℟. Amén.

Pr. Illorum nos efficiant suffragatione felices, quorum nùnc sumus solemnitatibus obsequèntes.

℟. Amén.

Pr. Et cum illis paritèr mereamur ingredi Cœlum, quorum nùnc in terra celebramus Triumphum.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam ipsius Dei Nostri, qui est benedictus, & vivit & omnia regit in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu-Christi perficiamus cum Pace.

℟. Deo gratias.

COMMEMORATIO.

Pr. Ad annuntiandum manè &c.

℟. Et veritatem tuam &c.

ORATIO.

Pr. Manè Domine Oratio &c. Quære suprà in Officio Martyris præcip. Fol. 54.



VI.

VI.

INCIPIT OFFICIUM PLURIMORUM MARTYRUM DUARUM CAPPARUM, VEL NOVEM LECTIONUM.

AD VESPEROS.

LAUDA.

Exortum est in tenebris lumen rectis corde. ℟. Misericors, & Miserator & Justus Dominus. ℣. Directam fecit viam Justorum, & præparavit iter Sanctorum. ℟. Misericors, & Miserator & Justus Dominus.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

SONUS.

Alleluìa Justi in perpetuum vivent, Alleluía. ℣. Et apud Dominum est merces eorum. Alleluìa, Alleluìa.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA.

Sanctorum ossa germinabunt de loco suo. ℟. Et nomina eorum sicut lilia munda florebunt. ℣. Plantati in Domo Domini in Atriis Domus Dei Nostri. ℟. Et nomina eorum sicut lilia munda florebunt. ℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén. ℟. Et nomina eorum sicut lilia munda florebunt.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Invocabant Dominum & ipse exaudiebat eos. ℟. In Columna nubis loquebatur ad eos. Alleluìa, Alleluía. ℣. Et clamaverunt Justi ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberavit eos. ℟. In Columna nubis loquebatur ad eos. Alleluía, Alleluía. ℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén. ℟. In Columna nubis loquebatur ad eos. Alleluìa, Alleluìa.

HYMNUS.

SAnctorum meritis, inclyta gaudia
Pangamus Socii, gestaque fortia;
Nàm gliscit animus promere cantibus
Victorum genus optimum.

Hi sunt, quos retinens mundus inhorruit,
Ipsum nàm sterili flore peraridum
Sprevére penitùs, teque sequuti sunt,
Rex Christe bone cœlitùs.

Hi pro te furias atque ferocia
Calcarunt hominum, sęvaque verbera,
Cessit his lacerans fortitèr ungula,
Nèc carpsit penetralia.

Cæduntur gladiis more bidentium
Non murmur resonat, non querimonia,
Sed corde tacitò mens benè conscia
Conservat patientiam.

Quæ vox, quæ poterit lingua retexere,
Quæ tu Martyribus munera pręparas,
Rubri nàm fluido Sanguine laureis
Ditantur benè fulgidis.

Te Summa Deitas, Unaque poscimus,
Ut culpas abluas, noxia subtrahas,
Des pacem famulis, nos quoque gloriam
Per cuncta tibi sæcula. Amén.

SUPPLICATIO.

Pr. Oremus. Redemptorem Mundi Dominum Nostrum Jesum Christum cum omni supplicatione rogemus: Ut per gratiam ipsius & per intercessionem Sanctæ MARIÆ Virginis, & Genitricis suæ, & per intercessionem Sanctorum Martyrum suorum N. N. nobis remissionem peccatorum & pacem propitius donare dignetur.

℟. Præsta Æterne Omnipotens Deus.

Pr. Kyrie eléyson.

℟. Christe eléyson. Kyrie eléyson.

CAPITULA.

Pr. Sancte Domine, in cujus honore Martyrum tuorum N.N. pia confessione lętamur, oramus te & quæsumus: Ut qui propter David Servum tuum Christi tui faciem non avertis, propter nos Famulos tuos Sanctorum Martyrum tuorum N. N. suffragia non retardes.

Pr. Pater Noster qui es in Cœlis.

℟. Amén.

Pr. Sanctificetur Nomen tuum.

℟. Amén.

Pr. Adveniat Regnum tuum.

℟. Amén.

Pr. Fiat Voluntas tua sicut in Cœlo & in Terra.

℟. Amén.

Pr. Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè.

℟. Quia Deus es.

Pr. Et dimítte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus Debitoribus nostris.

℟. Amén.

P. Et nè nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos á malo.

Pr. Liberati á malo, confirmati sempèr in bono tibi servire mereamur Deo ac Domino Nostro. Pone Domine finem peccatis nostris; Da gaudium Tribulatis; Præbe redemptionem Captivis; Sanitatem Infirmis, requiemque Defunctis; Concede pacem & securitatem in omnibus diebus nostris; Frange audaciam Inimicorum nostrorum; Exaudi Deus orationem Servorum tuorum omnium Fidelium Christianorum in hoc die, & in omni tempore. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sempèr sæcula sæculorum. Amén.

Pr. Humiliate vos benedictioni.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

BENEDICTIO.

Pr. Benedicat vos Dominus intercessu Sanctorum Martyrum suorum N. N. & dextera sua protectos custodire dignetur.

℟. Amén.

Pr. Liberet vos eorum meritis á cunctis vitæ præsentis illecebris, & Gratiam Sancti Spiritus in-

fundat in Cordibus vestris.

℟. Amén.

Pr. Auferat á vobis omnes maculas delictorum, & perducat vos ad splendorem omnium Sanctorum suorum.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam ipsius Dei Nostri, qui est benedictus, & vivit & omnia regit in sæcula sęculorum.

℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Respexit eos cum tribularentur Alleluìa. p. Cum exaudiret Orationes eorum Alleluìa, Alleluìa, Alleluía.

Pr. ℣. Et clamavérunt Justi ad Dominum cum tribularentur: Et de necessitatibus eorum liberavit eos.

p. Cum exaudiret orationes eorum Alleluìa, Alleluìa, Alleluía.

Pr. ℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

p. Cum exaudiret orationes eorum Alleluìa, Alleluìa, Alleluìa.

ORATIO.

Pr. Confitentes tibi Domine in omnibus operibus tuis, te benedicent in Sanctis: Te quæsumus ut nos Martyrum tuorum N. N. intercessione sanctifices, & perfectione corones.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In Nomine Domini Nostri Je-Christi perficiamus cum Pace.

℟. Deo gratias.

COMMEMORATIO.

Pr. Vesperè, Manè & Meridiè.

℟. Te laudamus Domine.

ORA-

ORATIO.

Pr. Domine Deus Omnipotens, qui Vesperè, Manè & Meridiè unum diem vocari jussisti, & ut Sol agnosceret occasum suum imperasti: Aperi quæsumus tenebras cordium nostrorum, ut te radiante cognoscamus te Deum verum, & lumen æternum. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum.

℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu Christi perficiamus cum Pace.

℟. Deo gratias.

AD MATUTINUM.

Kyrie eléyson. Christe eléyson. Kyrie eléyson.

Pater Noster. Ave Maria.

✠ Totum hoc dicitur, sicuti annotatur in Officio unius Martyr. præcip.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu-Christi lumen cum Pace.

℟. Deo gratias.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA.

Pr. Da nobis lætitiam salutaris tui, & Spiritu principali confirma nos Domine.

Psalmus 50.

MIserere mei Deus * secundùm magnam Misericordiam tuam.

Et secundùm multitudinem miserationem tuarum * dele iniquitates meas.

Usquequaque lava me Domine ab injustitia mea, * & á peccato meo munda me.

Quoniàm iniquitates meas ego agnosco, * & peccatum meum contra me est sempèr.

Ti-

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci, * ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas dùm judicaris.

Eccè enim in iniquitatibus conceptus sum, * & in delictis pépe-rit me Mater mea.

Eccè enim veritatem dilexisti: * Incerta & occulta Sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me Domine hyssopo, & mundabor * lavabis me, & supra nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, * & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam á peccatis meis, * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus, * & Spiritum rectum innova in visceribus meis.

Nè projicias me á facie tua, * & Spiritum Sanctum tuum nè auferas á me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui, * & Spiritu principali confirma me.

Doceam iniquos vias tuas, * & impii ad te convertentur.

Libera me de Sanguinibus Deus, Deus salutis meæ, * & exultabit lingua mea Justitias tuas.

Domine labia mea aperies, * & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniàm si voluisses sacrificium dedissem utique, * holocaustis verò non delectaberis.

Sacrificium Deo Spiritus contribulatus, * Cor contritum & humiliatum Deus non spernit.

Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion, * ut ædificentur muri Jerusalem.

Tùnc acceptabis sacrificium Justitiæ, oblationes & holocausta, * tùnc impones super Altare tuum vitulos.

Gloria & Hónor Patri, & Filio

&

& Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Reiteratur Antiphona.

Da nobis lætitiam salutaris tui, & Spiritu principali confirmá nos Domine.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Pr. Redde nobis Domine lętitiam salutaris tui quam amisimus iniquè gerendo, & prętermisimus negligendo: Tu ad eam nos revoca, & eam nobis restaura, ut peccato expulso succedat justitia, & mœstitiâ repulsâ adsit lętitia; Da quęsumus hanc jocunditatem ut pervenire mereamur ad æternam salutem.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA I.

Palmę fuerunt in manibus Sanctorum, & magno clamore dicebant. p. Salus Deo Nostro qui sedes super Thronum & Agno. ℣. Et adjuvavit eos Dominus, & liberavit eos qui speraverunt in eo. p. Et magno clamore dicebant.

Pr. ℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén. p. Salus Deo Nostro qui sedes super Thronum & Agno.

ORATIO.

Pr. Confitentes tibi Domine in omnibus Operibus tuis, te benedicent in Sanctis: Te quęsumus ut nos Martyrum tuorum N. N. intercessione sanctifices, & perfectione corones. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA II.

Florete Sancti sicut Rosa plantata super aquas. ℟. Et quasi lilium date odorem suavitatis. ℣. Plantati in Domo Domini in Atriis Domus Dei Nostri. ℟. Et quasi lilium date odorem suavitatis. ℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén. ℟. Et quasi lilium date odorem suavitatis.

ORATIO.

Pr. Exultatio Sanctorum tuorum N. N. Martyrum Domine Deus Sancte quæsumus, te requirentes & invocantes exaudi, & hæc nobis munere pietatis attribue: Ut dùm lætamur triumphis Martyrum salvemur suffragiis Sanctorum.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA III.

Filius Dei lætatus est super Justos. ℟. Et in Paradyso deliciarum constituit illos. ℣. Et clamaverunt Justi ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberavit eos. ℟. Et in Paradyso deliciarum constituit illos. ℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén. ℟. Et in Paradyso deliciarum constituit illos.

ORATIO.

Pr. Redime Domine in te sperantes animas nostras, & quia Servos tuos nos esse confidimus, amicorum tuorum suffragiis commendamur: Nè unquam eorum auxilio deserámur, quorum nunc te precibus annuere felicitèr gratulemur. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus & vi-

vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

RESPONSORIUM.

Sancti qui per fidem vicérunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones, extinxérunt impetum ignis, fugavérunt aciem gladii. ℟. Fortes facti sunt in bello. ℣. Obturavérunt ora Leonum, convaluerunt de infirmitate sua. ℟. Et fortes facti sunt in bello. ℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén. ℟. Sancti qui per fidem vicérunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones, extinxérunt impetum ignis, fugavérunt aciem gladii, fortes facti sunt in bello.



IN LAUDIBUS

AD CANTICUM

ANTIPHONA.

Gloriosus Dominus in Sanctis, gloriosus & mirabilis.

CANTICUM

Exodi, Cap. 15.

CAntemus Domino, gloriosè enìm honorificatus est: * Equum & Ascensorem projécit in mare.

Adjutor & Protector mihi fuit * Dominus in salutem.

Hic Deus meus, & honorificabo eum * Deus Patris mei, & exaltabo eum.

Dominus conterens bella, * Dominus nomen est ei.

Currus Pharaonis, & Exercitum ejus * projécit in mare.

Electos Ascensores sternit: * Stratores dimersit in Rubro mare.

Pelagusque operuit eos: * Dimersi sunt in profundum tamquàm lapis.

Dex-

Dextera tua Domine glorificata est in virtute: Dextera manus tuæ confregit inimicos: * Et præ multitudine Majestatis tuæ contrevisti adversarios.

Misisti Iram tuam, & comédit eos tamquàm stipulam: * Et per Spiritum iracundiæ tuæ divissa est aqua.

Gelavérunt tamquàm murus aquæ: * Gelavérunt fluctus in medio mare.

Dixit inimicus, persequens, comprehendam: Partibor spolia: * Replebo animam meam.

Interficiam gladio meo, * & dominabitur manus mea.

Misisti Spiritum tuum, & cooperüit eos: * Dimersi sunt in profundum tamquam plumbum in aqua validissima.

Quis similis tibi in Diis Domine? * Quis similis tibi?

Honorificus in Sanctis: * Mirabilis in Majestatibus faciens magnalia.

Extendisti dexteram tuam: * Et devoravit eos terra.

Gubernasti justitia tua Populum tuum, * Populum tuum hunc quem liberasti.

Consolatus es virtute tua: * In refectione sancta tua.

Audierunt Gentes, & iratæ sunt: * Dolores apprehenderunt inhabitantes Philisthim.

Tùnc festinavérunt Duces Edom, & Principes Mohabitum * apprehendit eos timor, & fluxérunt omnes inhabitantes Chanaam.

Decidat super eos timor & tremor: * In magnitudine brachii tui.

Fiant tamquàm lapis donèc tránseat Populus tuus Domine, * usquè dùm pertranseat Populus tuus iste quem liberasti.

Induc, & planta eum in montem hæreditatis tuæ, in præparata habitatione tua, quam præparasti tibi Domine: * Sanctuarium tuum quod præparavérunt manus tuæ.

Do-

Domine qui regnas in æternum, & in sæculum sæculi: * Et adhuc quia intravit Equitatus Pharaonis cum Quadrigis & Ascensoribus in mare.

Et induxit super eos Dominus aquas maris: * Filii autèm Israël ambulavérunt per siccum per medium mare.

Gloria & Hóṇor Patri, & Filio & Spiritui Sancto * in sæcula sæculorum. Amén.

Reiterat. Antiphona.

Gloriosus Dominus in Sanctis, gloriosus & mirabilis.

AD BENEDICTUS

ANTIPHONA.

Pr. Sancti & humiles corde, Spiritus & Animæ Justorum benedicite Dominum.

CANTICUM.

BEnedictus es Domine Deus Patrum nostrorum, * & laudabilis & gloriosus in sæcula.

Et benedictum Nomen gloriæ tuæ, * quod est sanctum & laudabile, & gloriosum in sæcula.

Benedictus es in Templo sancto honoris tui, qui vides Abyssos, & sedes super Sedem Regni tui, & Firmamento Cœli, * & laudabilis & gloriosus in sæcula.

Benedicite omnia opera Domini Domino: * Cœli, Angeli, & Aquę omnes quæ estis supra Cœlos.

Omnes Virtutes, Sol & Luna, Imber & Ros, omnes Spiritus, * Ignis & Æstus, Noctes & Dies, Lux & Tenebræ.

Hyems & Æstus, Gelationes, * Fulgura & Nubes.

Terra, Montes & Colles, * & omnia nascentia de terra.

Mária & Flumina, Fontes, Cete, * & omnia quæ moventur in aquis.

Volucres Cœli, Béstiæ & Jumenta, Filii Hominum Israël, * Sacerdotes, Servi Domini, Spiritus & Ani-

Animę Justorum, Sancti & humiles corde.

Anania, Azaria, Missael Domino Hymnum dicite, * & superexaltate eum in sæcula. Amén.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Reiteratur Antiphona.

Sancti & humiles corde, Spiritus & Animæ Justorum benedicite Dominum.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

SONUS.

Via Justorum facta est Alleluìa: Iter Sanctorum præparatum est Alleluìa, Alleluìa.

Pr. ℣. Hìc est Civitas & salvatio Justorum: Ponę Murum, & juxta Murum congregationem Sanctorum. ℟. Iter Sanctorum præparatum est Alleluìa, Alleluìa.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Pr. Laudatę Dominum de Cœlis Alleluía. Laudate eum in Excelsis. Alleluìa.

Psalmus 148. Alleluía.

LAudate Dominum de Cœlis: * Laudate eum in Excelsis.

Laudatę eum omnes Angeli ejus: * Laudate eum omnes Virtutes ejus.

Laudate eum Sol & Luna: * Laudate eum omnes Stellæ & Lumen.

Laudate eum Cœli Cœlorum, * & aquæ quę super Cœlos sunt laudent Nomen Domini.

Quia Ipse dixit & facta sunt, * Ipse mandavit & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in sæculum sęculi: * Præceptum posuit, & non præteribit.

Laudate Dominum de terra: * Dracones & omnes Abyssi.

Ignis, Grando, Nix, Glacies, * Spi-

Spiritus tempestatis qui faciunt Verbum ejus.

Montes & omnes Colles, * Ligna fructifera, & omnes Cedri.

Bestiæ & universa pecora, * Serpentes, & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes Populi, * Principes & omnes Judices terræ.

Juvenes & Virgines, Seniores cum Junioribus * laudent Nomen Domini.

Quia exaltatum est Nomen ejus solius: * Confessio ejus super Cœlum & Terram.

Et exaltavit cornu Populi sui, Hymnus omnibus Sanctis ejus, * Filiis Israel, Populo appropinquanti sibi.

Psalmus 149. Alleluia.

CAntate Domino Canticum novum: * Laus ejus in Ecclesia Sanctorum.

Lætetur Israel in eo, qui fecit ipsum, * & Filiæ Sion exultent super Regem suum.

Laudent Nomen ejus in Choro, * in Tympano & Psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in Populo suo, * & exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt Sancti in Gloria, * lætabuntur in cubilibus suis.

Exultationes Dei in faucibus eorum, * & Gladius bis acutus in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in Nationibus, * increpationes in Populis.

Ad alligandos Reges eorum in compedibus, * & Nobiles eorum in vinculis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conscriptum, * Gloria hæc est omnibus Sanctis ejus.

Psalmus 150. Alleluia.

LAudate Dominum in Sanctis ejus: * Laudate eum in Firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in Potentatibus ejus:

ejus: * Laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ: * Laudate eum in Psalterio & Cythara.

Laudate eum in Tympano & Choro: * Laudate eum in Chordis & Organo.

Laudate in Cimbalis benesonantibus: * Laudate eum in Cimbalis jubilationis: Omnis Spiritus laudet Dominum.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Reiteratur Antiphona.

Laudate Dominum de Cœlis. Alleluìa. Laudate eum in Excelsis. Alleluía.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Lectio Libri Sapientiæ. Salomonis Capit. 3.

℟. Deo gratias.

Justorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis: Visi sunt oculis insipientium mori, & estimata est malitia exitus illorum; Et ab itinere Justo abierunt in exterminium; & quod á nobis est iter, exterminii: Illi autèm sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati, & in multis benè disponentur. Quoniàm Deus tentavit illos, & invenit eos dignos se. Tamquàm aurum in fornace probavit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt Justi, & tamquàm scintillæ in Arundineto discurrunt. Judicabunt Nationes & dominabuntur Populis, & regnabit illorum Dominus in perpetuum. ℟. Amén.

HYMNUS.

Rex Gloriose Martyrum
Corona confitentium,
Qui respuentes terrena

Perducis ad Cœlestia.

Aurem benignam protinùs
Appone nostris vocibus,
Trophæa sacra pangimus,
Ignosce quod delinquimus.
Tu vincis in Martyribus
Parcendo Confessoribus,
Tu vince nostra crimina
Donando indulgentiam,
Deo Patri sit gloria
Ejusque soli Filio
cum Spiritu Paraclyto
In sempiterna secula. Amén.

SUPPLICATIO.

Pr. Oremus. Redemptorem Mundi Dominum Nostrum Jesum Christum cum omni supplicatione rogemus, ut per gratiam ipsius, & per intercessionem Sanctæ MARIÆ Virginis & Genitricis suæ, & per intercessionem Sanctorum Martyrum suorum N. N. nobis remissionem peccatorum, & pacem propitius donare dignetur.

℞. Presta Æterne Omnipotens Deus.

Pr. Kyrie eléyson.

℞. Christe eléyson. Kyrie eléyson.

CAPITULA.

Pr. Deus qui Beatorum tuorum N. N. Martyrum, sollicitus Custos, & amplificus Remunerator existis, hanc plebem nostram, agonibus congaudentem intende Clemens, & da singulis quod poscunt, qui Sanctis tribuisti de hoste triumphum, ut quos per Carnis mortem tibi placuisse meminimus, Patronos apud te semper strenuos habeamus.

Pr. Pater Noster qui es in Cœlis.

℞. Amén.

Pr. Sanctificetur Nomen tuum.

℞. Amén.

Pr. Adveniat Regnum tuum.

℞. Amén.

Pr. Fiat Voluntas tua sicut in Cœlo & in Terra.

℞. Amén.

Pr. Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè.

℟. Quia Deus es.

Pr. Et dimítte nobis debita nostra sicut & nos dimíttimus Debitoribus nostris.

℟. Amén.

Pr. Et nè nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos á malo.

Pr. Liberati á malo, confirmati sempèr in bono tibi servire mereamur Deo ac Domino Nostro: Pone Domine finem peccatis nostris; Da gaudium Tribulatis; Prębe redemptionem Captivis; Sanitatem Infirmis; requiemque Defunctis: Concede pacem & securitatem in omnibus diebus nostris; Frange audaciam Inimicorum nostrorum; Exaudi Deus orationem Servorum tuorum omnium Fidelium Christianorum in hoc die & in omni tempore. Per Dominum Nostrum Jesum-Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sempèr sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Humiliate vos Benedictioni.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

BENEDICTIO.

Pr. Benedicat vos Dominus intercessu Sanctorum Martyrum suorum N. N. & dextera sua protectos custodire dignetur. ℟. Amén.

Pr. Liberet vos eorum meritis á cunctis vitæ præsentis illecebris, & gratiam Sancti Spiritus infundat in cordibus vestris. ℟. Amén.

Pr. Auferat á vobis omnes maculas delictorum, & perducat vos ad splendorem omnium Sanctorum suorum. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam ipsius Dei Nostri, qui est benedictus, & vivit & omnia regit in sęcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Respexit eos cum tribularentur. Alle-

Alleluia. ℟. Cum exaudiret orationes eorum. Alleluia, Alleluia, Alleluia.

℣. Et clamaverunt Justi ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberavit eos. ℟. Cum exaudiret orationes eorum. Alleluía, Alleluia, Alleluia.

℣. Gloria & Honor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén. ℟. Cum exaudiret orationes eorum. Alleluia, Alleluía, Alleluia.

ORATIO.

Pr. Confitentes tibi Domine in omnibus operibus tuis, te benedicent in Sanctis: Te quæsumus ut nos Martyrum tuorum N. N. intercessione sanctifices, & perfectione corones.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit semper vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In Nomine Domini Nostri Jesu Christi perficiamus cum Pace.

℟. Deo gratias.

COMMEMORATIO.

Pr. Ad annuntiandum manè Misericordiam tuam.

℟. Et veritatem tuam per noctem.

ORATIO.


Pr. Manè Domine oratio nostra perveniat ad te, quia suscepisti confractionem fragilitatis nostræ: Concede nobis diem istum jocundum, pacificum, sine scandalo, sine macula, sine ulla tentatione, ut advenientes ad Vesperam te collaudemus Regem æternum.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Et Fidelium Animæ omnium De-

Defunctorum per Misericordiam Dei sine fine requiescant in pace. ℟. Amén.



VII.

INCIPIT HISTORIA SIVE OFFICIUM

UNIUS CONFESSORIS PONTIFICIS Præcipui.

AD VESPEROS.

LAUDA.

Confessionem & decórem induisti, amictus sicut lumen vestimentum.

℣. Confessio & Spes in conspectu ejus, sanctitas & magnificentia in sanctitate ejus.

p. Amictus sicut lumen vestimentum.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cúm spiritu tuo.

SONUS.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo, narrabo mirabilia tua Alleluía.

℣. Lætabor & exultabo in te Domine: Psallam Nomini tuo Altissime Alleluìa.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo.

p. In Consilio Justorum & Congregatione.

℣. Adorabo ad Templum sanctum tuum, & confitebor Nomini tuo.

p. In Consilio Justorum & Congregatione.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

p. In Consilio Justorum & Congregatione.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Confitebor tibi Domine Rex Alleluìa.

p. Et

℟. Et collaudabo Deum Salvatorem meum Alleluia, Alleluia.

℣. In conspectu Angelorum psallam tibi, adorabo ad Templum sanctum tuum, & confitebor Nomini tuo.

℟. Et collaudabo Deum Salvatorem meum Alleluia, Alleluia.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℟. Et collaudabo te Deum Salvatorem meum Alleluía, Alleluía.

HYMNUS.

SUmme Confessor Sacer, & Sacerdos,
Temporum metas rota torquet anni:
Tempus est nobis tibi consecratum
Pangere Festum.

Præsul insignis, meritique clare,
Te sacra Cleri, Populique turba
Corde prostrato, pietate poscit
Vernula Patrem.

Vota cunctorum relegas in aula
Regis æterni, foveas utrumque
Ordinem, cujus pius extitisti
Pastor in Orbe.

Quæstibus cuncti referunt gementes
Gesta culparum, lachrymasque pandunt
Pessimæ mentis, animæque nigræ
Crimine diro.

Dignaque pœna revocat in ora
Nostra, cùm dira miseros perurget
Pendere mundo, variante facta
Cœlitùs ira.

Tu procùl casus prohibe tonantes,
Pelle peccata, tenua furorem:
Pestis & morbus petimus recedant,
Sospite Cive.

Moribus cultis moderare vitam,
Conferque sudam placidamque mentem,
Corda virtutum meditentur alma
Munera Christi.

Sancte tu præbe quotiès rogaris
Profluos fructus, pluvias largas,
Credimus cuncta Domino favente
Te dare posse.

Credimus Christum pretium laborum
Præmium justis studiis dedisse,
Quibus per artus etiàm solutos
Morte bearis.

Gloriam Christo patulo canamus

Ore præstanti, sibi servientes
Tanta qui pollet Deitate simplex
Trinus & Unus. Amén.

SUPPLICATIO.

Pr. Oremus. Redemptorem Mundi Dominum Nostrum cum omni supplicatione rogemus, ut per Gratiam Ipsius, & per intercessionem Sanctæ MARIÆ Virginis & Genitricis suæ, & Sancti N. Episcopi & Confessoris, nobis salutem Animæ & Corporis, & remissionem peccatorum & pacem propitius donare dignetur.

℟. Præsta Æterne Omnipotens Deus.

Pr. Kyrie eléyson.

℟. Christe eléyson, Kyrie eléyson.

CAPITULA.

Pr. Tu Paternæ Divinitatis Consors, & Unigeniti connexe Sancte Spiritus, tuam quæsumus in hęc Sacrificia Vespertina appone Clementiam, ut plebs quæ tuum honorat Confessorem, famulantèr te quęsumus sentiat in beneficiis largitorem, & sua quisque vota se obtinuisse congaudeat, dùm Confessoris sui atque Pontificis N. recursis Festivitatibus celebrat Natalem.

Pr. Pater Noster qui és in Cœlis &c.

Cum reliquis ut in præcedenti Officio.

BENEDICTIO.

Pr. Per interventum Beatissimi Antistitis & Confessoris sui N. Benedictio Domini largissima veniat super vos.

℟. Amén.

Pr. Orationibus vestris accomodet aurem, & Petitionum vestrarum propitius exaudiat Precem. ℟. Amén.

Pr. Viam salutis, ipso intercedente, in hujus vitæ Cursum prçambulemus, ut ad Culmen Regni Cœlestis omnes illęsi perveniamùs. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam ipsius Dei Nostri, qui est benedictus, & vivit & omnia regit in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Germinabunt ossa tua quasi Salices Alleluìa.

℣. Juxta fluentes aquas Allelluía, Alleluìa.

℣. Et erit tamquàm lignum quod transplantatum est.

Quasi Salices Alleluìa. ℟. Juxta fluentes aquas Alleluìa, Alleluìa.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℟. Juxta fluentes aquas Alleluìa, Alleluìa.

ORATIO.

Pr. Domine Deus, qui Beatissimó Confessori tuo atque Pontifici N. dedisti ut caro ejus requiesceret & pro nominis tui Confessione coronam Justitiæ consequi posset: Da nobis miseris, ut qui Confessionis meritum non habemus, ejus precibus & meritis vindictam scelerum evadamus; Ut sicut caro ejus in Inferno non est derelicta, sed á corruptione criminum libera Spiritui pòst sociata cum Sanctis erit in Gloria: Ità nos peccatores, ut ad te veniamus Redemptor criminum jube. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu Christi perficiamus cum Pace.

℟. Deo gratias.

COMMEMORATIO.

Pr. Vesperè, Manè & Meridiè.

℟. Te laudamus Domine.

ORATIO.

Pr. Domine Deus Omnipotens qui Vesperè, Manè & Meridiè unum diem vocari jussisti, & ut Sol agnosceret occasum suum imperasti: Aperi quæsumus tenebras cordium nostrorum, ut te radiante cognoscamus te Deum verum & lumen æternum. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu Christi perficiamus cum Pace.

℟. Deo gratias.

AD MATUTINUM.

UNIUS CONFESSORIS PONTIF. PRÆCIPUI.

ANTIPHONA.

Pr. Labia mea Domine aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.

Psalmus 50.

Miserere mei Deus secundùm &c. Quære suprà in Officio præcedenti; Quo dicto cum Gloria & Hónor &c.

Reiteratur Antiphona.

Labia mea Domine &c. Atque statim á Prº. dicitur alta voce sequens

ORATIO.

Laudet te Domine lingua nostra annuntiando Justitias tuas: Et exultent labia nostra præconio veritatis, ut non dissolvantur vaniloquio falsitatis: Ut qui tibi confitendo, remissis criminibus in te exultamus, in congregatione Justorum sacro Agmine decantantes Vitę beatæ efficiamur hæredes. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus & vivis & omnia regis in sęcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA I.

Caro mea requiescet in spę.

℟. Quoniàm non derelinques animam meam in Inferno, nèc dabis Sanctum tuum vidére corruptionem.

℣. Notas mihi fecisti vias Vitę, & implebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua usque in finem.

℟. Quoniàm non derelinques animam meam in Inferno.

℣.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto: in sæcula sæculorum. Amén.

℟. Nec dabis sanctum tuum vidére corruptionem.

ORATIO.

Pr. Domine Deus, qui Beatissimo &c. Ut suprà in Vesperis Officii istius.

Pr. Per Misericordiam tuam &c.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA II.

Custodisti Corpus meum ab omni pollutione.

℟. Odor tuus Domine concupiscentias in me excitavit æternas.

℣. Quoniàm illuminas lucernam meam Domine: Et dixi illumina tenebras meas.

℟. Odor tuus Domine concupiscentias in me excitavit æternas.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto: in sæcula sæculorum. Amén.

℟. Odor tuus Domine concupiscentias in me excitavit æternas.

ORATIO.

Christe Jesu Dei Filius, qui custodisti Corpus Beatissimi Confessoris tui atque Pontificis N. ab omni pollutione, in quo ódor tui muneris concupiscentias excitavit æternas, excita in nos talem charitatis tuę amorem, quo voluptates superemus carnales, & sic vivamus ut non futuras veniamus in pœnas: Ut qui ultionem meremur promeritàm, Beatitudinis Regnum consequamur intercessionibus sanctis.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA III.

Facies tua tamquàm aqua munda illuminabitur.

℟. Vultus autem tuus sicut Lucifer orietur, á meridiana parte germinabit tibi vitam.

℣. Non det in commotionem pedem tuum, neque obdormiet qui custodit te.

℟. Vultus autem tuus sicut Lucifer orietur, á meridiana parte germinabit tibi vitam.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum.

℟. Vultus autem tuus sicut Lucifer orietur, á meridiana parte germinabit tibi vitam.

ORATIO.

Pr. Æterne Omnipotens Deus, qui Sanctum Pontificem & Confessorem tuum N. cujus nùnc præsenti festivitate gaudemus, ità pro Nomine tuo fortitèr mundi fallacias repugnare fecisti, ut nihil, præsenti sæculo, tuo magno præferret amori; Nobisque peccatoribus famulis tuis concede propitius ut nullis impediti adversitatibus inimici ad te Dominum properare festinemus invicti. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

RESPONSORIUM.

Eccè Domine in toto corde suo, te solum Confessor tuus N. confitetur & credit, dùm conceptum amorem tuę fidei confitendo narrat, & mirabilia tua de toto corde pronuntiat, ut credentes vitam habeamus in illo.

℟. In quo ille per Confessionem meruit invenire mercedem.

℣. Lætare ergò, & exultare nos fac in te jugitèr & evidentèr, ut in te habeamus post discrimina requiem.

℟. In quo ille per Confessionem meruit invenire mercedem.

℣. Glo-

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Eccè Domine in toto corde suo, te solum Confessor tuus N. confitetur & credit, dùm conceptum amorem tuæ fidei confitendo narrat, & mirabilia tua de toto corde pronuntiat, ut credentes vitam habeamus in illo.

℣. In quo ille per Confessionem meruit invenire mercedem.

ORATIO.

Pr. Mirabilis in Sanctis tuis Domine virtutum: Exaudi supplices tuos, & peccatoribus nobis Beatissimi Confessoris tui atque Pontificis patrocinia largire, & charitatis perpetuæ ubertatem attribue; Ille coronam virtutis meruit: Nos ejus suffragiis te donante veniam criminum, & pacem perpetuæ charitatis consequi mereamur. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sęcula sæculorum. ℟. Amén.

IN LAUDIBUS AD CANTICUM

ANTIPHONA.

Pr. Confitebor tibi Domine quia liberasti me á rugientibus præparatis ad escam, & de manu quærentium animam meam.

Canticum Ecclesiastici Cap. 51.

Confitebor tibi Domine Rex, * & collaudabo te Deum Salvatorem meum.

Confitebor Nomino tuo magno, * quoniàm adjutor & protector factus es mihi.

Et liberasti animam meam á perditione, * & á laqueo linguæ iniquæ, & á labiis Operantium mendacium.

Et contra assistentes factus es mihi adjutor, * & liberasti me secun-

cundùm multitudinem Misericordiæ Nominis tui.

A rugientibus paratis ad escam, * & de manu quærentium animam, & de portis tribulationis quę circumdedit me.

A pressura flammę quæ circumdedit me, * & in medio ignis non ęstuavi.

De altitudine ventris inferi, & lingua iniqua, & á verbo mendacii, * á Rege injusto, & á lingua injusta.

Laudavit usque ad mortem anima Dominum, * & vita mea in Inferno appropinquans erat in Inferno deorsùm.

Circumdederunt me undique, & non erat qui adjuvaret, * respiciens eram ad adjutorium hominum, & non erat.

Memoratus sum Misericordiæ tuæ Domine, * & Operationis tuę, quæ á sæculo sunt.

Quoniàm eruis sustinentes te, * & liberas eos de manibus Gentium.

Exaltasti in terra habitationem meam, * & pro mortuo deflendo deprecatus sum.

Invocavi Dominum Patrem Domini mei, * ut non derelinquat me in die tribulationis, & in tempore superborum sine adjutorio.

Laudabo Nomen tuum assiduè, * & collaudabo eum in confessione.

Exaudita est oratio mea, & liberasti animam meam á perditione, * & eripuisti me de tempore iniquo.

Propterea confitebor & laudem dicam tibi, * & benedicam Nomen Domini.

Cum adhùc junior sum, priusquàm errarem, * quęsivi Sapientiam palàm in oratione mea.

Ante tempus postulabam pro illa, * & usque in novissimo inquiram eam, & deflui tamquàm pręcox uva.

Læ-

Letatum est cor meum in ea, * ambulavit pes meus iter rectum.

A juventute mea investigabam illam, * inclinavi modicè aurem meam, & excépi illam.

Multam invéni mihimetipsi Sapientiam, * multum profeci in ea.

Danti mihi Sapientiam dabo gloriam, * consiliatus enìm ut facerem illam, zelatus sum ut non confundar.

Colluctata est anima mea in illa, * & in faciendo eam confirmatus sum.

Manus meas extendi in altum, * & Insipientiam ejus luxi.

Viam meam direxi ad illam, * & in magnitudinem invéni eam.

Possédi cum ipsa cor ab initio, * propter hoc non relinquar.

Venter meus conturbatus est quærendo eam, * propterea possidebo bonam possessionem.

Dedit enim mihi Dominus linguam mercedem meam, * & in ipsa laudabo eam.

Appropinquate ad me indocti, * & congregate vos in Domum disciplinæ.

¿ Quid adhùc retardatis? ¿ Et quid dicitis? * Animæ vestræ sitiunt vehementèr.

Aperui os meum & loquutus sum, * comparate vobis sine argento.

Et collum vestrum subjicite jugo, * & suscipiet Anima vestra disciplinam, in proximo est enìm invenire eam.

Vidéte oculis vestris quoniàm modicum laboravi, * & invéni multam requiem.

Assumite disciplinam in multo numero Argenti, * & copiosum Aurum possidete in ea.

Lætetur Anima vestra in Misericordia ejus, * & non confundemini in laudem Ipsius.

Operamini Opus vestrum ante tem-

tempus, * & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Reiteretur Antiphona Confitebor tibi Domine quia liberasti mȩ á rugientibus prȩparatis ad escam, & de manu quærentium animam meam.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

AD BENEDICTUS

AÑA.

Benedictio Domini in mercedem Justi festinat.

CANTICUM.

Pr. Benedictus es Domine Deus Patrum &c. Quære suprà in præcedenti Officio. Post Canticum iteratur Antiphona Benedictio Domini &c.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

SONUS.

In conspectu Angelorum psallam tibi Domine. Alleluìa.

℣. Adorabo ad Templum sanctum tuum, & confitebor tibi Domine. Alleluìa.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Alleluìa. Confessio ejus super Cœlum & Terram Alleluìa. Exaltavit cornu Populi sui Alleluìa. Hymnus est omnibus Sanctis ejus. Alleluía, Alleluía.

Psalm. Laudate Dominum de Cœlis.

Psalm. Cantate Domino Canticum.

Psalm. Laudate Dominum in Sanctis. Quȩre in Officio plurimorum Martyrum duarum Capparum Fol. 106. & 107. Postcà reiteratur Antiphona. Alleluìa Confessio ejus &c.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LEC-

LECTIO LIBRI ESALÆ PROPHETÆ.

Capitc 42.

℟. Deo gratias.

Hæc dicit Dominus: Ecce Servus meus, suscipiam eum; Electus meus, complacuit sibi in illo Anima mea: Dedi Spiritum meum super eum, judicium in Gentibus proferet. Non clamabit, neque accipiet personam, neque audietur foris vox ejus; Calamum cassatum non conteret, & lignum fumigans non extinguet. In veritate educet judicium, non erit tristis neque turbulentus donèc ponat in terra judicium, & legem ejus Insulæ expectabunt. ℟. Amén.

HYMNUS.

DEUS immense Trinitas,
Corona confitentium,
Et magna laus Martyrum,
Sume preces Fidelium.
Hujus sacri Pontificis
Et Confessoris merita,
Prestent nobis solatia,
Cunctaque purgent noxia.
Ut confitentes erigas,
Et peccatores redimas
Donando indulgentiam,
Et conferendo gratiam.
Et ut Vir hic confessus est
Tuum Nomen mortalibus,
Ità devotis mentibus
Te fateamur omnibus.
Deo Patri sit Gloria
Ejusque soli Filio
Cum Spiritu Paraclyto
In sempiterna secula. Amén.

SUPPLICATIO.

Oremus. Redemptorem mundi &c. Ut in Vesperis hujus Officii.

Pr. Præsta Æterne Omnipotens Deus.

Pr. Kyrie eléyson. ℟. Christe eléyson. Kyrie eléyon.

CAPITULA.

Pr. Christe Deus, qui per Apostolum tuum oris Confessionem ad sa-

salutem prodesse dixisti: Confessoris tui atque Pontificis N. precibus consule Nostri saluti ut ea quæ corde credimus, ore autèm professi fuerimus, á te exaudire ociùs mereamur quo jubente dicamus.

Pater Noster qui es in Cœlis &c.

Liberati á malo &c. Ut in Officio Plurimorum Martyrum duarum Cappatum seù novem Lectionum.

LAUDA.

Germinabunt ossa tua &c.

Pr. Humiliate vos benedictioni.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

BENEDICTIO.

Pr. Per interventum Beatissimi Antistitis &c. Ut in Vesperis Officii istius.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu Christi perficiamus cum Pace.

Fiat Commemoratio.

Pr. Ad annuntiandum manè &c.

℟. Et veritatem tuam &c.

ORATIO.

Pr. Manè Domine oratio nostra &c. Quære in præcedenti Officio.



VIII.

INCIPIT OFFICIUM UNIUS CONFESSORIS PRÆCIPUI, NON PONTIFICIS.

AD VESPEROS.

LAUDA.

Confessionem & decórem induisti, amictus sicut lumen vestimentum.

℣. Confessio & Spes in conspectu ejus,

ejus, sanctitas & magnificentia in sanctitate ejus.

℟. Amictus sicut lumen vestimentum.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

SONUS.

In conspectu Angelorum psallam tibi Domine Alleluìa.

Adorabo ad Templum sanctum tuum, & confitebor tibi Domine Alleluìa.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA.

Confitebor tibi Domine, quoniàm exaudisti me.

℟. Et factus es mihi in salutem.

℣. Deus Canticum novum cantabo tibi, in Psalterio Decachordo psallam tibi.

℟. Et factus es mihi in salutem.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℟. Et factus es mihi in salutem.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Confitebor Domino Alleluía.

℟. Secundùm justitiam ejus Alleluìa, & psallam Alleluía.

℣. Lætabor & exultabo in te Domine, & psallam Nomini tuo Altissime.

℟. Secundùm justitiam ejus Alleluía.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℟. Et psallam Alleluìa.

HYMNUS.

ISTE Confessor Domini Sacratus,

Festa plebs cujus celebrat per Orbem,
Hodiè lætus meruit secreta
Scandere Cœli.

Qui pius, prudens, humilis, pudicus,
Sobrius, castus fuit & quietus
Vita dùm præsens vegetavit ejus
Corporis artus.

Ad sacrum cujus tumulum frequentèr
Membra languentum modò sanitati,
Quolibet morbo fuerint gravata,
Restituuntur.

Undè nùnc noster Chorus in honorem
Ipsius Hymnum canit hunc libentèr,
Ut piis ejus meritis juvemur
Omne per ævum.

Sit salus illi, decus atque virtus,
Qui supra Cœli résidens cacumen,
Totius mundi machinam gubernat
Trinus & Unus. Amén.

SUPPLICATIO.

Pr. Oremus. Redemptorem mundi Dominum Nostrum Jesum Christum cum omni supplicatione rogemus, ut per gratiam Ipsius, & per intercessionem Sanctæ MARIÆ Virginis & Genitricis suę, & Sancti Confessoris sui N. nobis salutem Animæ & Corporis, & remissionem peccatorum & pacem propitius donare dignetur.

℟. Præsta Æterne Omnipotens Deus.

Pr. Kyrie eléyson.

℟. Christe eléyson. Kyrie eléyson.

CAPITULA.

Pr. Æterne Omnipotens Deus, á quo omne bonum exoritur, & meliori cursu progreditur, qui fidem roboras Confessorum, præsta tolerantiam bonorum dùm sævit acerbitas persequentium. Omnipotentiam tuam Domine poscimus, ut preces nostras dignantèr attendas, & clementèr accipias quas in honorem placiti, Beatissimi Confessoris tui N. interventu, ut cooperante Misericordia tua, quòd fide postulant indubitantèr obtineant, & ab omnibus absoluti delictis Cœleste Regnum possideant.

Pater Noster qui es in Cœlis &c.

Li-

Liberati á malo &c. Require in Officio plurim. Martyrum duarum Capparum, vel novem Lectionum, ad Laudes.

Pr. Humiliate vos Benedictioni.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

BENEDICTIO.

Pr. Christus Dominus, qui Beatissimum Confessorem suum N. se dignè coram hominibus confiteri fecit in terris, confiteatur nos coram Patre suo qui est in Cœlis. ℟. Amén.

Pr. Et qui in ore suo accepta sibi Confessionis contulit cantica, ipse Confessionem nostram remunerandam suscipiat. ℟. Amén.

Pr. Ut exemplo Beatissimi Confessoris sui N. confitendo & laudando Nomen Jesu-Christi in sæculum, participes ejus, quem confessi sumus, mereamur esse in Cœlo. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam ipsius Dei Nostri, qui est benedictus, & vivit & omnia regit in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Germinabunt ossa tua quasi &c. Habetur in Vesperis præcedentis Officii unius Confessor. Pontificis præcipui.

ORATIO.

Pr. Tuam Clementissime Pater supplices exoramus Clementiam, ut hodierna Solemnitas quam pro Beatissimi Confessoris tui N. veneratione suscepimus, ipsa nos tibi commendet: Et sicut illi coronam sanctæ perfectionis tribuisti, ità nobis ejus intercessione omnium delictorum veniam & indulgentiam largiaris. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In Nomine Domini Nostri Je- Christi perficiamus cum Pace.

℟. Deo gratias.

Fiat Commemoratio.

Pr. Vesperè, Manè &c.

℟. Te laudamus &c.

ORATIO.

Pr. Domine Deus Omnipotens, qui Vesperè &c. Ut in Vesperis præcedentis Officii, cum reliquis, quæ ibidèm assignantur.

AD MATUTINUM. UNIUS CONFESSOR. PRÆCIPUI, NON PONTIFICIS.

ANTIPHONA.

Pr. Labia mea Domine aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.

Psalmus 50.

MIserere mei Deus secundùm &c. Quo finito cum Gloria & Hónor &c. iterum dicitur Antiphona Labia mea Domine aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam: Et statìm dicitur á Presb. hæc que sequitur.

ORATIO.

Pr. Laudet te Domine lingua nostra annuntiando justitias tuas; Et exultent labia nostra præconio veritatis ut non dissolvantur vaniloquio falsitatis: Ut qui tibi confitendo, remissis criminibus in te exultamus, in Congregatione Justorum sacro Agmine decantantes, Vitæ beatæ efficiamur hærédes.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sęcula sæculórum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA I.

Confitebor tibi Domine in vasis

-tis Psalmorum, Veritatem tuam psallam tibi Deus meus.

℣. Gaudebunt labia mea dùm cantavero tibi, & Anima mea quam redemisti.

℟. Veritatem tuam psallam tibi Deus meus.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℟. Veritatem tuam psallam tibi Deus meus.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Pr. Exemplis ac meritis Sanctissimi Confessoris sui N. instituti, Æterno Regi ac Patri Deo preces, Fratres charissimi, cum omni humilitate fundamus; Ut sicut illum pro nostrę eruditionis exemplo diversarum colluctationum fecit exempla subire, ità intercedendi pro nobis apud pietatis suæ Clementiam ei tribuat plenissimam facultatem.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA II.

Habebis fiduciam, reposita tibi spe, & depositus in terram securus dormies & requiesces, & non erit qui exterreat te.

℣. Non des in commotionem pedem tuum, neque obdormiet qui custodit te.

℟. Securus dormies.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sęculorum. Amén.

℟. Et requiesces, & non erit qui exterreat te.

ORATIO.

Pr. Intenta Fratres charissimi Dominum oratione poscamus ut hunc diem quem Sancti sui N. Confes-

sio illustrat, triumphum celebre nobis ac posteris in rebus & actionibus propitiatus concedat: Ut cujus veneratores meremur esse in sæculo, ejus meritis nostrorum consequi mereamur veniam delictorum.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus & vivis & omnia regis in sęcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA III.

In pace dormiam & requiescam, quoniàm tu Domine singularitèr in spe constituisti me.

℣. Confitébor tibi Domine in toto corde meo, in Consilio Justorum & Congregatione.

P. Quoniàm tu Domine singularitèr in spe constituisti me.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

P. Quoniàm tu Domine singularitèr in spe constituisti me.

ORATIO.

Pr. Tuam Clementissime Pater supplices exoramus Clementiam, ut hodierna solemnitas quam pro Beatissimi Confessoris tui N. veneratione suscepimus, ipsa nos tibi commendet: Et sicut illi Coronam sanctę perfectionis tribuisti, ità nobis ejus intercessione omnium delictorum veniam & indulgentiam largiaris. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

RESPONSORIUM.

Ecce quommodò moritur Justus & nemo considerat, & viri Justi tolluntur & nemo conspicit corde, á facie iniquitatis sublatus est Justus, erit pax sepulturæ ejus.

℣. Jus-

℣. Justus si morte præoccupatus fuerit anima ejus in refrigerio.

℟. Erit pax sepulturæ ejus.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℟. Ecce quomodò moritur Justus & nemo considerat, & viri Justi tolluntur & nemo conspicit corde, á facie iniquitatis sublatus est Justus, erit pax sepulturę ejus.

ORATIO.

Pr. Confessoris tui Beatissimi N. annua recursione, Domine, memoriam solemnitèr rocolentes, supernę gratiæ aspersione locupleta: Ut cujus nunc festa devoto prosequuntur adnisu, ejus quoque perpetim clementi regantur & protegantur intuitu. ℟. Amén.

IN LAUDIBUS

AD CANTICUM.

ANTIPHONA.

Pr. Confitebor tibi Domine quia liberasti me á rugientibus pręparatis ad escam, & de manibus quærentium animam meam.

CANTICUM.

Pr. Confitebor tibi Domine Rex &c. Quære in Officio ad Laudes unius Confessor. Pontificis præcipui, Fol. 119.

Post Canticum reiteratur Antiph. Confitebor tibi Domine &c.

AD BENEDICTUS.

ANTIPHONA.

Pr. Benedictio Domini in mercedem Justi festinat.

CANTICUM.

Pr. Benedictus es Domine Deus Patrum &c. Finíto hoc Canticó iteratur Antiph. Benedictio Domini &c. Vide in Officio præcedenti.

****

Reliqua omnia Officii hujus usque ad finem, dicantur sicuti habentur in Officio ad Laudes unius Confessoris Pontificis præcipui. Folio 122. 123. & 124.

IX.

INCIPIT OFFICIUM UNIUS CONFESSOR. SIMPLICIS DUARUM CAPPARUM, VEL NOVEM LECTIONUM.

AD VESPEROS.

LAUDA.

Confessionem & decórem induisti, amictus sicut lumen vestimentum.

℣. Confessio & Spes in conspectu ejus, Sanctitas & magnificentia in Sanctitate ejus.

P. Amictus sicut lumen vestimentum.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

SONUS.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo, narrabo mirabilia tua, Alleluia. ℣. Lætabor & exultabo in te Domine, psallam Nomini tuo Altissime, Alleluia.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo.

P. Quia exaudisti verba oris mei, in conspectu Angelorum psallam tibi.

℣. Deus meus es tu confitebor tibi, Deus meus es tu, & exaltabo te.

P. Quia exaudisti verba oris mei.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

P. In conspectu Angelorum psallam tibi.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Confitebor Domino, Alleluia. Secundùm justitiam ejus, Alleluia. Et psallam, Alleluia.

℣. Læ.

℣. Lætabor & exultabo in te Domine, & psallam Nomini tuo Altissime.

℟. Secundùm justitiam ejus Alleluìa.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℟. Et psallam, Alleluìa.

Hymn. Iste Confessor Domini &c.

Supplicat. Oremus. Redemptorem &c. Quære in Officio unius Confes. Pontif. præcipui. Fol. 125. & 126.

CAPITULA.

Pr. Gloriose ac Misericors Dominé, qui Beato Confessori tuo N. tibi nimis in ore suo confitéri dedisti, teque in medio Justorum ejus Confessionem laudari voluisti: Idem Confessor tuus in hoc Vespertino tempore cognoscis esse prolatus; At tu Domine quibus largítus es pro tui Nominis Confessione Coronam, nobis quoque peccatoribus Misericordiam, & confitentibus delicta nostra, impetrandi quæ poscimus præsta efficaciam. Pater Noster &c.

Pr. Liberati á malo &c. Ut in Vesperis plurimorum Martyrum duarum Cappar. vel novem Lectionum. Folio 96. & 97.

BENEDICTIO.

Pr. Dominus Jesus Christus qui est Confessorum remuneratio, Confessoris sui N. suffragio nos sanctæ Confessionis magnificet dono. ℟. Amén.

Pr. Ut tanti Confessoris sui veracitèr imitando exemplum, ad Cœleste mereamur pervenire promissum. ℟. Amén.

Pr. Detque nobis se confitendi votum, qui eidem Confessionis contulit præmium. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam ipsius Dei Nostri, qui est benedictus, & vivit & omnia regit in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Germinabunt ossa tua &c. Ut in Vesperis Officii unius Confessoris Pontificis præcipui.

ORATIO.

Pr. Deus Dei Filius, quem ille Confessor tuus N. in toto corde confessus, Nomen tuum honorificando perductus est ad Coronam, da in ore nostro Confessionem quæ nos expurget á crimine: Ut quidquid in tuæ laudis honore depromimus, in lucro nobis prodesse æterni muneris sentiamus.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In Nomine Domini Nostri Jesu Christi perficiamus cum Pace.

℟. Deo gratias.

Fiat Commemoratio.

Pr. Vesperè, Manè & Meridiè.

℟. Te laudamus Domine.

ORATIO.

Pr. Domine Deus Omnipotens, qui Vesperè, Manè & Meridiè unum diem vocari jussisti, & ut Sol agnosceret occasum imperasti, aperi quæsumus tenebras cordium nostrorum, ut te radiante cognoscamus te Deum verum & lumen æternum. ℟. Amén.


Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In Nomine Domini Nostri Je. Christi perficiamus cum Pace.

℟. Deo gratias.



AD

AD MATUTINUM UNIUS CONFESSOR. SIMPLICIS DUARUM CAPPARUM,

ANTIPHONA.

Pr. Labia mea Domine aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.

Psalmus 50.

Miserere mei Deus secundùm &c. Quære in Officio plurimorum Martyr. duarum Capparum, Folio 99. Quo recitato cum Gloria &c. Reiteratur Antiphona

Labia mea Domine aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.

ORATIO.

Pr. Laudet te Domine lingua nostra annuntiando justitias tuas, & exultent labia nostra præconio veritatis, ut non dissolvantur vaniloquio falsitatis, ut qui tibi confitendo remissis criminibus in te exultamus, in Congregatione Justorum sacro Agmine decantantes Vitæ beatę efficiamur hęrédes. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus & vivis & omnia regis in sęcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA I.

Confitebor tibi in Populis Domine, Psalmum dicam Nomini tuo inter Gentes.

℣. ¡O Domine! Ego Servus tuus, Ego Servus tuus, & Filius Ancillæ tuę.

P. Psalmum dicam Nomini tuo inter Gentes.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

P. Psalmum dicam Nomini tuo inter Gentes.

ORATIO.

Pr. Deus Dei Filius &c. Ut suprà in Vesperis hujus Officii.

Pr.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA II.

Confitebor Domino nimìs in ore meo, & in medio multorum laudabo Eum.

℣. Quoniàm astitit á dextris Pauperis, ut salvam faceret á persequentibus animam meam.

P. Et in medio multorum laudabo Eum.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

P. Et in medio multorum laudabo Eum.

ORATIO.

Pr. Beatum satis Domine N. Confessorem tuum esse fecisti, qui in toto corde suo tibi confessus in Concilio Justorum & Congregatione probatur esse conspicuus: Da ergò nobis meritis ejusdem ut Confessione simpliciori mundari á crimine, & Sanctorum mereamur Congregationi & Cętibus interesse.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sęcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA III.

In pace dormiam & requiescam, quoniàm tu Domine singularitèr in spe constituisti me.

℣. Confitebor tibi Domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua.

P. Quoniàm tu Domine singularitèr in spe constituisti me.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sęcula sæculorum. Amén.

P. Quoniàm tu Domine singularitèr in spe constituisti me.

ORATIO.

Pr. Deus qui Beatissimi N. Confessionem acceptans ità omnia verba

ba oris ejus plenissimè exaudisti, ut participem efficeres Regni tui qui & in conspectu Angelorum tibi psalleret, accipe nunc per eum Confessionis nostræ votum, qui illum produxisti ad præmium; & qui illum per Confessionem voluisti esse beatum, nos post lapsum in hoc mundo demùm ad æternam coronandos pertrahas Patriam.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

RESPONSORIUM.

Iste homo in professione sua non est prævaricatus, & in tempore oppressionis suę fidelis inventus est; Ideò dilectus factus est á Domino Deo suo.

℣. Homo iste conservavit Legem Dei Excelsi in angustia & tentatione.

℟. Fidelis inventus est.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℟. Iste homo in professione sua non est prævaricatus, & in tempore oppressionis suę fidelis inventus est; Ideò dilectus factus est á Domino Deo suo.

IN LAUDIBUS
AD CANTICUM.
ANTIPHONA.

Pr. Confitebor tibi Domine quia liberasti me á rugientibus preparatis ad escam, & de manu quærentium animam meam.

CANTICUM.

Confitebor tibi Domine Rex &c. Quære in Officio ad Laudes unius Confessor. Pontif. præcip. Folio 119.

Post Cantic. reiterat. Antiph. Confitebor tibi Domine &c.

AD BENEDICTUS.

ANTIPHONA.

Benedictio Domini in mercedem Justi festinat.

CANTICUM.

Pr. Benedictus es Domine Deus Patrum nostrorum &c. Ut in Officio plurimor. Martyrum duarum Cappar. Atque dicto hoc Cantico iteratur Antiphona Benedictio Domini &c.

Sonus. In conspectu Angelorum.

Lauda. Alleluia, Confessio.

Prophetia. Hæc dicit Dominus: Ecce Servus meus &c.

Hymnus. Deus immense Trinitas. Quære hæc in Officio ad Laudes unius Confessor. Pontificis præcip. Folio 122. & 123.

Supplicatio. Oremus. Redemptorem &c. Ut habetur in Vesper. Officii unius Confessor. præcipui non Pontific. Folio 126.

Capitula. Gloriose ac Misericors &c.

Benedict. Dominus Jesus-Christus.

Reliqua omnia usque in finem, dicuntur ut annotantur in eodem Officio unius Confessor. præcipui non Pontificis. Folio 131.



X.

INCIPIUNT HORÆ SIVE HISTORIA PLURIMORUM CONFESSORUM.

AD VESPEROS.

Kyrie eléyson.

Christe eléyson.

Kyrie eléyson.

Pater Noster. Ave Maria.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu-Christi lumen cum Pace.

℟. Deo gratias.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAU-

LAUDA.

Exortum est in tenebris lumen rectis corde Misericors, & Miserator & Justus Dominus.

℣. Directam fecit viam Justorum, & preparavit iter Sanctorum.

℟. Misericors, & Miserator & Justus Dominus.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

SONUS.

Salus Justorum á Domino est, & salvavit Eos. Alleluìa, Alleluìa.

℣. Qui speraverunt in Deum, & salvavit Eos.

℟. Et salvavit Eos. Alleluìa, Alleluìa.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA.

Justè Confessorum Opera multa reposita apud te sunt.

℟. Domine ex propriis Operibus mercedem recipiunt.

℣. Justi verò in perpetuum vivent, & apud Dominum est merces eorum.

℟. Domine ex propriis Operibus mercedem recipiunt.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℟. Domine ex propriis Operibus mercedem recipiunt.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Invocabant Dominum, & Ipse exaudiebat Eos, in Columna nubis loquebatur ad Eos. Alleluìa, Alleluìa.

℣. Et clamaverunt Justi ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberavit Eos.

℟. In Columna nubis loquebatur ad Eos. Alelluía, Alleluìa.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℟. In Columna nubis loquebatur ad Eos. Alleluía, Alleluìa.

HYM-

HYMNUS.

SAnctorum meritis inclyta gaudia
Pangamus Socii, gestaque fortia;
Nàm gliscit animus promere cantibus
Victorum genus optimum.

Hi sunt, quos retinens mundus inhorruit,
Ipsum nàm sterili flore peraridum
Sprevére penitùs, teque sequti sunt,
Rex Christe bone cœlitùs.

Ii pro te furias atque ferocia
Calcarunt hominum, sęvaque verbera,
Cessit his lacerans fortitèr ungula,
Nèc carpsit penetralia.

Cæduntur gladiis more bidentium,
Non murmur resonat,non querimonia,
Sed corde tacito mens benè conscia
Conservat patientiam.

Quæ vox, quæ poterit lingua retexere
Quę tu Martyribus munera præparas,
Rubri nàm fluido Sanguine laureis
Ditantur benè fulgidis.

Te Summa Deitas Unaque poscimus,
Ut culpas abluas, noxia subtrahas,
Des pacem famulis,nos quoque gloriam
Per cuncta tibi sæcula. Amén.

SUPPLICATIO.

Pr. Oremus. Redemptorem Mundi Dominum Nostrum Jesum-Christum cum omni supplicatione rogemus: Ut per gratiam Ipsius & per intercessionem Sanctæ MARIÆ Virginis & Genitricis suæ, & per intercessionem Sanctorum Confessorum suorum N. N. nobis salutem Animæ & Corporis, & remissionem peccatorum & pacem propitius donare dignetur.

℟. Præsta Æterne Omnipotens Deus.

Pr. Kyrie eléyson.

℟. Christe eléyson. Kyrie eléyson.

CAPITULA.

Pr. Deus, qui Sanctorum Confessorum tuorum providentia mirabili hunc diem Solemnitate consecrasti: Da Ecclesię tuæ Catholicæ, quæsumus potentiam tuam, de tantis gaudére Principibus, ut illorum regi mereamur pia devotione, doctrinarique, qui dilectos tibi Greges

tuo

tuo pane paverunt: Ut qui tibi de tuo munere placuerunt, eorum precibus adjuti mereamur de præsentibus angustiis liberari.

Pr. Pater Noster qui es in Cœlis.

℟. Amén.

Pr. Sanctificetur Nomen tuum.

℟. Amén.

Pr. Adveniat Regnum tuum.

℟. Amén.

Pr. Fiat Voluntas tua sicut in Cœlo & in terra. ℟. Amén.

Pr. Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè.

℟. Quia Deus es.

Pr. Et dimítte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus Debitoribus nostris. ℟. Amén.

Pr. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos á malo.

Pr. Liberati á malo, confirmati sempèr in bono tibi servire mereamur Deo ac Domino Nostro: Pone Domine finem peccatis nostris; Da gaudium Tribulatis; Præbe redemptionem Captivis; Sanitatem Infirmis, requiemque Defunctis: Concede pacem & securitatem in omnibus diebus nostris; Frange audaciam Inimicorum nostrorum: Exaudi Deus Orationem Servorum tuorum omnium Fidelium Christianorum in hoc die, & in omni tempore. Per Dominum Nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sempèr sæcula sæculorum.

℟. Amén.

Pr. Humiliate vos Benedictioni.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

BENEDICTIO.

Pr. Benedicat vos Omnipotens Deus Sanctorum Confessorum suorum N.N. gratia gratulantes. ℟. Amén.

Pr. Donet vobis firmitatem fidei expectationem spei, & dulcedinem charitatis. ℟. Amén.

Pr. Ut talibus suæ gratię muníti presidiis, eorum Festa celebrantes, fieri etiàm participes meremini. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam ipsius Dei Nostri, qui est benedictus, & vivit & omnia regit in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Gaudium sempiternum super caput Sanctorum Confessorum.

p. Laus & jocunditas apprehendet eos Alleluía, Alleluìa.

℣. Beati qui custodiunt judicium, & faciunt justitiam in omni tempore.

p. Laus & jocunditas apprehendet eos Alleluìa, Alleluìa.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

p. Laus & jocunditas apprehendet eos Alleluìa, Alleluìa.

ORATIO.

Pr. Propitiare Domine supplicationibus nostris, & exemplo Sanctorum Confessorum tuorum N. N. flammam in nobis accende Charitatis: Ut quorum nos jubes esse imitatores, præsta esse participes.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sęcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu Christi perficiamus cum pace. ℟. Deo gratias.

Fiat Commemoratio.

Pr. Vesperè, Manè & Meridiè.

℟. Te laudamus Domine.

ORATIO.

Pr. Domine Deus Omnipotens, qui Vesperè, Manè & Meridiè unum diem vocari jussisti, & ut Sol ag-

nos-

noscerct occasum suum imperasti, aperi quæsumus tenebras cordium nostrorum, ut te radiante cognoscamus te Deum verum & lumen æternum. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In Nomine Domini Nostri Je-Christi perficiamus cùm Pace.

℟. Deo gratias.

AD MATUTINUM PLURIMORUM CONFESSORUM.

Kyrie eléyson.

Christe eléyson.

Kyrie eléyson.

Pater Noster. Ave Maria.

Pr. In Nomine Domini Nostri Jesu-Christi lumen cum Pace.

℟. Deo gratias.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA.

Pr. Da nobis lætitiam salutaris tui, & Spiritu principali confirmā nos Domine.

Psalmus 50.

Miserere mei Deus secundùm magnam Misericordiam tuam &c.

Quære suprà in Officio plurimor. Martyr. duar. Cappar. vel novem Lection. Fol. 99.

Post Psalmum iteratur Antiphona Da nobis lætitiam &c.

ORATIO.

Pr. Redde nobis Domine lætitiam salutaris tui, quam amisimus iniquè gerendo, & prætermisimus negligendo: Tu ad eam nos revoca & eam nobis restaura, ut peccato expulso succedat justitia, & mœstitiâ repulsâ adsit lætitia; Da quæsumus hanc jocunditatem ut pervenire mereamur ad æternam salutem.

℟. Amén.

Pr.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus & vivis & omnia regis in sęcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA I.

Hi sunt qui mortales tunicas deposuerunt, & immortalem Vitam sumpserunt; modò coronantur & accipiunt palmam.

℣. Adhùc multiplicabuntur in senecta uberi, & benè patientes erunt ut annuntient.

℟. Modò coronantur & accipiunt palmam.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sęcula sæculorum. Amén.

℟. Modò coronantur & accipiunt palmam.

ORATIO.

Pr. Deus exultatio & palma Sanctorum Confessorum N. N. exaudi nos supplices tuos & præsta: Ut quorum in tuo amore reliquias veneramur & emolumenta recolimus, eorum meritis ab omnibus malis liberari & conservari mereamur. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA II.

Veníte ad me omnes Sancti mei, dicit Dominus, qui laboratis & onerati estis, & Ego reficiam vos.

℣. Veníte Fili audite me, timorem Domini docebo vos.

℟. Qui laboratis & onerati estis, & Ego reficiam vos.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℟. Qui laboratis & onerati estis, & Ego reficiam vos.

ORA-

ORATIO.

Pr. Propitiare Domine supplicationibus nostris, & exemplo Sanctorum tuorum Confessorum N. N. flammam in nobis accende charitatis, ut quorum nos jubes esse imitatores, pręsta esse participes.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA III.

Veníte benedicti Patris mei, dicit Dominus, percipite Regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.

℣. Accedite ad me & illuminamini; vultus vestri non erubescent.

℟. Percipite Regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sanctó in sæcula sæculorum. Amén.

℟. Percipite Regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.

ORATIO.

Pr. Beatissimorum memoriam Confessorum tuorum N. N. honorantes, Deum Omnipotentem supplices deprecemur ut nos eorum Orationibus circumsepti, eruámur á cunctis infestationibus inimici. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

RESPONSORIUM.

Viri sancti, vobis apertus est Paradysus, plantata est Arbor Vitę, præparata est abundantia, ędificata est Civitas, inventa est requies, perfecta est Charitas, infirmitas á vobis extincta est, dolores transierunt.

℣. Ecce quàm bonum & quàm jo-

jocundum habitare fratres in unum.

℟. Perfecta est Charitas, infirmitas á vobis extincta est, dolores transierunt.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sęculorum. Amén.

℟. Viri sancti, vobis apertus est Paradysus, plantata est Arbor Vitæ, præparata est abundantia, ædificata est Civitas, inventa est requies, perfecta est Charitas, infirmitas á vobis extincta est, dolores transierunt.

IN LAUDIBUS
AD CANTICUM.
ANTIPHONA.

Pr. Domine, qui te diligunt sicut Sol splendens in ortu suo, ità rutilent.

CANTICUM JUDIC.
Cap. V.

QUI spontè obtulistis de Israel animas vestras ad periculum * benedicite Dominum.

Audite Reges, percipite auribus Principes, * Ego sum, Ego sum quæ Domino canam, & psallam Domino Deo Israel.

Domine cum exires de Seir, * & transires per Regiones Edom.

Terra mota est, * Cœlique ac Nubes stillaverunt aquis.

Montes fluxerunt á facie Domini, * & Sinai á facie Domini Dei Israel.

In diebus Samgar filii Anath, in diebus Jahel quieverunt Sémitæ & qui ingrediebantur per eas, * ambulaverunt per Calles devios.

Cessaverunt fortes in Israel, & quieverunt: * Donèc surgeret Delbora, surgeret Mater in Israel.

Nova bella elégit Dominus, * & portas hostium ipse subvertit.

Clypeus & hasta si apparuerint in quadraginta millibus Israel, *

Cor

Cor meum diligit Principes Israel.

Qui propria voluntate obtulistis vos discrimini, * benedicite Dominum.

Qui ascenditis super nitentes Asinos, & sedetis in judicio, & ambulatis in via, * loquimini ubì collisi sunt currus Hostium, & suffocatus est Exercitus.

Ibì narrentur justitiæ Domini, * in fortes Israel.

Tùnc descendit Populus Domini ad portas, * & obtinuit Principatum.

Surge, surge Delbora, surge, surge loquere canticum: * Surge Barach, & apprehende captivos tuos Fili Abinoem.

Salvatæ sunt reliquiæ Populi, * Dominus in fortibus dimicavit.

Ex Ephraim delebo Eos in Amalec, * & post Eum Benjamin.

In Populos tuos ó Amalec, de Machir Principes descenderunt, * & de Zabulon, qui Exercitum ducerent ad bellandum.

Duces Isachar fuere cum Delbora & Barach vestigia sunt sequuti, * qui quasi in prçceps ac in Baratrum se discrimini dedit.

Diviso contra se Ruben, * magnanimorum reperta contentio est.

¿Quare habitas inter duos terminos, * ut audias Sibilos Gregum?

Gath trans Jordanem quiescebat, * & Dan vacabat navibus.

Aser habitabat in litore maris, * & in portubus morabatur.

Zabulon verò & Nephtali obtulerunt animas suas morti * in Regione Cane.

Venérunt Reges & pugnavérunt, pugnavérunt Reges Chanaan in Thane juxta aquas Mageddo, * & tamèn nihil tulérunt prædantes.

De Cœlo dimicatum est contra Eos: * Stellæ manentes in ordine

&

& cursu suo, adversùs Sisaram pugnavérunt.

Torrens Cison traxit Cadavera eorum,* Torrens Cadum in Torrens Cison.

Conculca animam robustorum; Ungulæ Equorum cecidérunt, * fugientibus impetu, & per præceps ruentibus fortissimis hostium.

Maledicite terræ Merom, dixit Angelus Domini, * maledicite habitatoribus ejus, quia non venérunt in auxilium Domini, in adjutorium Fortissimorum ejus.

Benedicta inter Mulieres Jahel, Uxor Haber Cinæi * benedicatur in Tabernaculo suo.

Aquam petenti Lac dedit, * & in Phiala Principum obtulit Butyrum.

Sinistram manum misit ad Clavum, & dexteram ad Fabrorum malleos, * percussitque Sisaram, quærens in capite vulneri locum, & tempus validè perforans.

Inter pedes ejus ruit, defécit, & mortuus est: * Ante pedes illius volvebatur, & jacebat exanimis & miserabilis.

Per fenestram respiciens ululabat Mater, * & de Cœnaculo loquebatur dicens.

Cùr morantur regredi currus ejus? * Quarè tardavérunt pedes Quadrigarum illius?

Una Sapientior cæteris uxoribus ejus * hæc Socrui verba respondit.

Forsitàn nùnc dividet spolia, * & pulcherrima fœminarum eligitur ei.

Vestes quoque diversorum colorum Sisaræ tradentur in prædam, * & suppelex varia ad ornanda colla congeritur.

Sic pereant omnes inimici tui Domine, sic pereant: * Qui autèm te diligunt, sicut Sol in ortu suo resplendet, ità rutilent.

Glo-

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Reiteratur Antiphona.

Domine qui te diligunt, sicut Sol splendens in ortu suo, ità rutilent.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

AD BENEDICTUS

ANTIPHONA.

Pr. Justi & Sacerdotes, Sancti & humiles corde benedicite Dominum.

CANTICUM.

Benedictus es Domine Deus Patrum nostrorum, * & laudabilis & gloriosus in sæcula.

Et benedictum Nomen gloriæ tuæ, * quód est sanctum & laudabile, & gloriosum in sæcula.

Benedictus es in Templo sancto honoris tui, qui vides Abyssos & sedes super Sedem Regni tui & Firmamento Cœli, * & laudabilis & gloriosus in sæcula.

Benedicite omnia Opera Domini Domino, * Cœli, Angeli, & aquę omnes quæ estis supra Cœlos.

Omnes Virtutes, Sol & Luna, Imber & Ros, omnes Spiritus, * Ignis & Æstus, Noctes, Dies, Lux & Tenebræ.

Hyems & Æstus, Gelationes, * Fulgura & Nubes.

Terra, Montes & Colles, * & omnia nascentia de terra.

Mária & Flumina, Fontes, Cete, * & omnia quæ moventur in aquis.

Volucres Cœli, Béstię & Jumenta, * Filii hominum Israel.

Sacerdotes, Servi Domini, * Spiritus & Animæ Justorum, Sancti & humiles corde.

Anania, Azaría & Missael Domino Hymnum dicite, * & superexaltate Eum in sæcula. Amén.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Reiteratur Antiphona Justi & Sacerdotes, Sancti & humiles corde benedicite Dominum.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

SONUS.

Via Justorum facta est Alleluia. Iter Sanctorum præparatum est Alleluia, Alleluia.

℣. Hic est Civitas & salvatio Justorum: Pone Murum, & juxta Murum Congregationem Sanctorum.

℟. Iter Sanctorum preparatum est Alleluia, Alleluia.

LAUDA.

Laudate Dominum de Cœlis Alleluia. Laudate Eum in Excelsis Alleluia.

Psalmus 148.

Laudate Dominum de Cœlis: * Laudate Eum in Excelsis.

Laudate Eum omnes Angeli ejus: * Laudate Eum omnes Virtutes ejus.

Laudate Eum Sol & Luna: * Laudate Eum omnes Stellæ & Lumen.

Laudate Eum Cœli Cœlorum, * & aquæ quæ super Cœlos sunt laudent Nomen Domini.

Quia Ipse dixit & facta sunt, * Ipse mandavit & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi: * Præceptum posuit & non preteribit.

Laudate Dominum de Terra, * Dracones & omnes Abyssi.

Ignis, Grando, Nix, Glacies, * Spiritus tempestatis qui faciunt Verbum ejus.

Montes & omnes Colles, * Ligna fructifera & omnes Cedri.

Béstiæ & universa pecora, * Serpentes & Volucres pennatæ.

Reges Terræ & omnes Populi, * Principes & omnes Judices Terræ.

Juvenes & Virgines, Seniores * laudent Nomen Domini.

Quia

Quia exaltatum est Nomen ejus solius: * Confessio ejus super Cœlum & Terram.

Et exaltavit cornu Populi sui, * Hymnus omnibus Sanctis ejus filiis Israel Populo appropinquanti sibi.

Psalmus 149. Alleluía.

CAntate Domino Canticum novum: * Laus ejus in Ecclesia Sanctorum.

Lætetur Israel in eo, qui fecit ipsum, * & Filii Sion exultent super Regem suum.

Laudent Nomen ejus in Choro, * in Tympano & Psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in Populo suo, * & exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt Sancti in Gloria, * lætabuntur in cubilibus suis.

Exultationes Dei in faucibus eorum, * & gladius bis acutus in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in Nationibus, * increpationes in Populis.

Ad alligandos Reges eorum in compedibus, * & Nobiles eorum in vinculis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conscriptum, * Gloria hęc est omnibus Sanctis ejus.

Psalmus 150. Alleluía.

LAudate Dominum in Sanctis ejus: * Laudate Eum in Firmamento virtutis ejus.

Laudate Eum in Potentatibus ejus: * Laudate Eum secundùm multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate Eum in sono tubæ: * Laudate Eum in Psalterio & Cythara.

Laudate Eum in Tympano & Choro: * Laudate Eum in Chordis & Organo.

Laudate Eum in Cimbalis benesonantibus: Laudate Eum in Cimbalis jubilationis: * Omnis Spiritus laudet Dominum.

Glo-

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Reiteratur Antiphona. Laudate Dominum de Cœlis, Alleluia. Laudate Eum in Excelsis, Alleluia.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Lectio Libri Sapientiæ Salomonis. Capit. 3.

℟. Deo gratias.

JUstorum Animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis; Visi sunt oculis insipientium mori, & æstimata est malitia exitus illorum, & ab itinere justo abierunt in exterminium, & quod á nobis est iter exterminium illi autèm sunt in pace: Etsi coram hominibus tormenta passi sunt, Spes illorum immortalitate plena est: In paucis vexati in multis benè disponentur: Quoniàm Deus tentavit illos, & invenit illos dignos se. Tamquàm aurum in fornace probavit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum: Fulgebunt Justi, & tamquàm scintillæ in arundineto discurrent, judicabunt Nationes, & dominabuntur Populis, & regnabit illorum Dominus in perpetuum. ℟. Amén.

HYMNUS.

REX Gloriose Martyrum,
Corona confitentium,
Qui respuentes terrena
Perducis ad Cœlestía.
Aurem benignam protinùs
Intende nostris precibus,
Trophæa sacra pangimus,
Ignosce quod deliquimus.
Tu vincis in Martyribus:
Parcendo Confessoribus,
Tu vince nostra crimina
Donando indulgentiam.
Deo Patri sit Gloria,
Ejusque soli Filio
Cum Spiritu Paraclyto
In sempiterna secula. Amén.

SUPPLI-

SUPPLICATIO.

Pr. Oremus. Redemptorem Mundi Dominum Nostrum Jesum Christum cum omni supplicatione rogemus: Ut per gratiam Ipsius & per Intercessionem Sanctæ MARIÆ Virginis Genitricis suæ, & Sanctorum Confessorum suorum N. N. nobis salutem Animæ & Corporis, remissionem peccatorum & pacem propitius tribuere dignetur. ℟. Presta Æterne Omnipotens Deus.

Pr. Kyrie eléyson. ℟. Christe eléyson. Kyrie eléyson.

CAPITULA.

Pr. Deus qui Sanctorum Confessorum tuorum N.N. providentia mirabili hunc diem solemnitate consecrasti: Da Ecclesiæ tuæ Catholicæ quesumus Potentiam tuam de tantis gaudére Principibus, ut illorum regi mereamur pia devotione, doctrinarique, qui dilectos tibi Greges tuo pane pavérunt: Ut qui tibi de tuo munere placuerunt, eorum precibus adjuti mereamur de presentibus angustiis liberari.

Pr. Pater Noster qui es in Cœlis.

℟. Amén.

Pr. Sanctificetur Nomen tuum.

℟. Amén.

Pr. Adveniat Regnum tuum.

℟. Amén.

Pr. Fiat Voluntas tua sicut in Cœlo & in Terra.

℟. Amén.

Pr. Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè.

℟. Quia Deus es.

Pr. Et dimítte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus Debitóribus nostris.

℟. Amén.

Pr. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos á malo.

Pr. Liberati á malo, confirmati sempèr in bono tibi servire mereа-

reamur Deo ac Domino Nostro: Pone Domine finem peccatis nostris; Da gaudium Tribulatis; Præbe redemptionem Captivis; Sanitatem Infirmis, requiemque Defunctis: Concede pacem & securitatem in omnibus diebus nostris; Frange audaciam Inimicorum nostrorum: Exaudi Deus Orationes Servorum tuorum omnium fidelium Christianorum in hoc die & in omni tempore. Per Dominum Nostrum Jesum Christum Filium tuum qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sempèr secula seculorum.

℟. Amén.

Pr. Humiliate vos benedictioni.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

BENEDICTIO.

Pr. Benedicat Vos Omnipotens Deus Sanctorum Confessorum suorum N. N. gratia gratulantes.

℟. Amén.

Pr. Donet vobis firmitatem fidei, expectationem spei & dulcedinem charitatis.

℟. Amén.

Pr. Ut talibus suæ gratiæ muniti præsidiis, eorum festa celebrantes, fieri etiàm participes mereamini.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam ipsius Dei Nostri, qui est benedictus, & vivit & omnia regit in sæcula sæculorum.

℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Gaudium sempiternum super Caput Sanctorum Confessorum; Laus & jocunditas apprehendet eos Alleluia, Alleluia.

℣. Beati qui custodiunt judicium, & faciunt justitiam in omni tempore.

℣. Laus & jocunditas apprehendet eos Alleluìa, Alleluìa.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℣. Laus & jocunditas apprehendet eos Alleluìa, Alleluìa.

ORATIO.

Pr. Propitiare Domine supplicationibus nostris, & exemplo Sanctorum Confessorum tuorum N. N. flammam in nobis accende charitatis, ut quorum nos jubes esse imitatores, presta esse participes.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In Nomine Domini Nostri Jesu Christi perficiamus cum Pace.

℟. Deo gratias.

Fiat Commemoratio.

Pr. Ad annuntiandum manè Misericordiam tuam.

℟. Et veritatem tuam per noctem.

ORATIO.

Pr. Manè Domine oratio nostra perveniat ad te, quia suscepisti confractionem fragilitatis nostræ: Concede nobis diem istum jocundum, pacificum, sine scandalo, sine ulla tentatione, ut advenientes ad Vesperum te collaudemus Regem æternum. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. Fidelium Animæ omnium Defunctorum per Misericordiam Dei sine fine requiescant in pace.

℟. Amén.



XI.

INCIPIT OFFICIUM PLURIMORUM EPISCOPORUM ET CONFESSORUM.

AD VESPEROS.

LAUDA.

Exortum est in tenebris lumen rectis corde, Misericors, & Miserator & Justus Dominus.

℣. Directam fecit viam Justorum, & præparavit iter Sanctorum.

℟. Misericors, & Miserator & Justus Dominus.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

SONUS.

Alleluía, in omnem terram exivit sonus Sanctorum, & in fines Orbis terræ verba illorum, Alleluìa.

℣. Alelluía, non sunt loquelę neque Sermones quibus non audiantur voces Eorum.

℟. Et in fines Orbis terræ verba illorum.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuò.

ANTIPHONA.

Isti sunt Viri nominati in virtute, Doctores Populi facientes judicium in Doctrina sua.

℣. Cœli enarrant gloriam Dei, & Opera manum ejus annuntiat Firmamentum.

℟. Doctores Populi facientes judicium in Doctrina sua.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sęcula sæculorum. Amén.

℟. Doctores Populi facientes judicium in Doctrina sua.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Disciplina & Sapientia replevit illos

illos Dominus. Alleluia. Creavit in illis Gratiam Spiritus sui, & intellectu replevit corda eorum Alleluia, Alleluia.

℣. Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberavit eos.

℟. Creavit in illis Gratiam Spiritus sui, & intellectu replevit corda eorum Alleluia, Alleluia.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℟. Creavit in illis Gratiam Spiritus sui, & intellectu replevit corda eorum Alleluia, Alleluia.

Hymnus. Sanctorum meritis &c. Quære retrò in Vesperis præcedentis Officii. Folio 140.

SUPPLICATIO.

Pr. Oremus. Redemptorem Mundi Dominum Nostrum Jesum Christum cum omni supplicatione rogemus, ut nos Gratia Ipsius, & per Intercessionem Sanctorum Episcoporum & Confessorum N. N. nobis remissionem peccatorum & pacem propitius donare dignetur.

℟. Præsta Æterne Omnipotens Deus.

Pr. Kyrie eléyson. ℟. Christe eléyson.

Kyrie eléyson.

CAPITULA.

Pr. Omnipotens Deus qui diversitates gratiarum in Ecclesia tua distribuens, alios martyriali excellentia consecras, alios Gratia Confessionis exornas: Da nobis ut qui Confessorum tuorum N. N. hodiè solemnia celebramus, tibi placére ex Confessione nostrorum actuum mereamur: Ut rogaturi ea, quæ Filio tuo docente didicimus, exaudiamur cum clamaverimus.

Pr. Pater Noster &c. Liberati á malo &c. Ut habentur in præcedentibus Vesperis.

Pr. Humiliate vos benedictioni.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

BENEDICTIO.

Pr. Christus Dominus, qui justificatorum decóre, & pœnitentium Confessióne induitur, Confessorum suorum N. N. préce det vobis ità per Confessionem malè gesta deflére, ut justificationis fulgeatis decóre. ℟. Amén.

Pr. Quique se confitentes justificat, nos per Pœnitentiam provehat ad Coronam. ℟. Amén.

Pr. Ut qui nùnc in Sanctorum Confessorum N. N. recordatione, & vota promittis & lamenta, in retributione cum eis gaudia obtineatis perpetua. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam ipsius Dei Nostri, qui est benedictus, & vivit & omnia regit in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit semper vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Vos estis vasa sancta Domini auro fulgentia. Alleluìa.

Quia spontè obtulistis Domino Deo Animas vestras. Alleluía, Alleluìa, Alleluìa.

℣. Benedicti vos á Domino, qui fecit Cœlum & Terram.

P. Quia spontè obtulistis Domino Deo Animas vestras. Alleluìa, Alleluía, Alleluìa.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

P. Quia spontè obtulistis Domino Deo Animas vestras. Alleluìa, Alleluìa, Alleluía.

ORATIO.

Pr. Deus Dei Filius, lumen Astrorum, fulgor syderum, Stella splendida & matutina, claritas sempiterna, & Sanctorum eruditio copiosa, erudiat nos quęsumus justitiæ suæ virgâ per Sanctorum suorum N. N. intercessionem assiduam: Sicque quod prædicaverunt splendidè, illuminati agendo existamus corde, ut ad illud quod apud

te

te repositum est, quod oculus non vidit nèc auris audivit, post obitum accedamus indemnes, & á nexu peccaminum liberi. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu Christi perficiamus cum pace. ℟. Deo gratias.

AD MATUTINUM

Antiph. Da nobis lætitiam &c.

Psalm. 50. Miserere mei Deus &c.

Oratio. Redde nobis Domine &c.

Quære in Offic. præcedent. Fol. 143.

ANTIPHONA I.

Hi sunt qui misi sunt per Orbem terrarum, & prostraverunt se ante Agnum; Habentes phialas aureas plenas incensu, quæ sunt memoriæ Sanctorum cantantes Canticum novum.

℣. In omnem terram exivit sonus Eorum, & in fines Orbis terræ verba Illorum.

P. Habentes phialas aureas plenas incensu, quæ sunt memoriç Sanctorum cantantes Canticum novum.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

P. Habentes phialas aureas plenas incensu, quæ sunt memoriæ Sanctorum cantantes Canticum novum.

ORATIO.

Pr. Beatissimorum Episcoporum memoriam, & Sanctorum Confessorum N. N. tolerantiam honorantes: Deum Omnipotentem supplices deprecemur, ut nos eorum orationibus circumsepti eruamur á cunctis infestationibus inimici.

℟. Amén.

Pr.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus & vivis & omnia regis in sęcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA II.

Beati & multo honore digni, quorum portio Deus est; Quibus á principio pręparatum est Regnum, quorumque Animæ in manu Dei sunt.

℣. Clamaverunt Justi, & Dominus exaudivit Eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit Eos.

℟. Quibus á principio præparatum est Regnum, quorumque Animę in manu Dei sunt.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℟. Quibus á principio præparatum est Regnum, quorumque Animæ in manu Dei sunt.

ORATIO.

Pr. Beati verè, Domine, & nimio honore digni sunt quorum tu portio esse dignatus es: Ideòque interventu Sanctorum tuorum & Sociorum ejus N. N. quidquid tibi ex nobis non militat, ámor cœlestis Patriæ in nobis fragrans usquequaque interimat. Et pòst, cum his Sanctis quorum Animæ in manu tua sunt, nos pietàs tua cœlesti in Regno adjungat. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sęcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA III.

Legem tuam splendidè docuerunt; Quorum sunt Opera multa reposita apud te Domine.

℣. Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion; Nón commovêbuntur qui habitant in Jerusalem.

P.

℟. Quorum sunt Opera multa re-posita apud te, Domine.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℟. Quorum sunt Opera multa re-posita apud te, Domine.

ORATIO.

Pr. Deus Dei Filius, Lumen Astrorum: Ut in Vesperis hujus Officii.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℞. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

RESPONSOR.

Sancti qui in justitia erudierunt multos fulgebunt sicut splendor Firmamenti, & sicut Stellæ Cœli in perpetua æternitate.

℣. Isti sunt Viri Sancti, quos elégit Dominus in charitate non ficta, & eorum doctrinâ fulget Ecclesia ut Sol & Luna.

℟. Et sicut Stellę Cœli in perpetua æternitate.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℟. Et sicut Stellæ Cœli in perpetua æternitate.

ORATIO.

Pr. Christe Dei Filius, qui Sanctos tuos præsciens, & ante mundi constitutionem eos eligens, in exemplum nostrum hic eos constituis: Fac ità nos Sanctorum tuorum N. N. Episcoporum & Confessorum prædicamento obedientes existere, ut adoptionem filiorum post nostrum obitum mereamur.

℞. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℞. Amén.

IN LAUDIBUS

AD CANTICUM

ANTIPHONA.

Pr. Qui propria voluntate obtulistis vos discrimini benedicite Dominum, narrantes Justitias ejus & Clementiam in fortes Israel.

CANTICUM: Qui spontè obtulistis de Israel Animas vestras &c.

Quære in Laudibus Offic. præcedentis. Folio 146.

Expleto hoc Cantico cum Gloria reiteratur Antiphona Qui propria voluntate &c.

Ad Canticum Benedictus Antiphona. Pr. Sancti & humiles corde, Spiritus & Animę Justorum benedicite Dominum.

CANTICUM.

Benedictus es Domine Deus Patrum nostrorum &c. Ut in Offic. præcedenti. Posteà reiteratur Antiphona Sancti & humiles corde.

Immediatè dicuntur sequentia.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

SONUS. Alleluìa. In omnem terram &c.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA. Laudate Dominum de Cœlis Allel. Laudate Eum in Excelsis Alleluìa.

PSALMUS. Laudate Dominum de Cœlis &c.

PSALM. Cantate Domino Canticum &c.

PSALM. Laudate Dominum in Sanctis &c.

Post Psalmos dicitur iterùm Antiph.

Laudate Dominum de Cœlis Alleluìa: Laudate Eum in Excelsis Alleluìa. Ut in Officio eodem.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Lec-

Lectio Libri Ecclesiastici Salomonis. Cap. 44.

℟. Deo gratias.

MUltam gloriam fecit Dominus Magnificentiâ suâ á sæculo dominantes in Potestatibus suis, homines magni virtute & prudentia sua prædíti, nuntiantes in Dignitate Prophetarum, & imperantes in præsenti sęculo, & virtute prudentiæ Populis sanctissima verba: In Pueritia sua requirentes modos musicós, & narrantes Carmina scripturarum: Omnes divites in virtute, pulchritudinis studium habentes, pacificantes in Domibus suis: Omnes isti in Generationibus Gentis suæ gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt requirunt nomen narrantes laudes Eorum: Et sunt quorum non est memoria: Perierunt quasi non fuerint, & nati sunt quasi non nati, & Filii ipsorum cum ipsis: Sed illi viri misericordes sunt, quorum pietas non defuit, & cum semine ipsorum perseverant bona, hæreditas Nepotum illorum, & in Testamentis stetit semen illorum: Et Filii illorum propter illos; usque in æternum manebit semen Eorum, & gloria Eorum non derelinquetur. Corpora Eorum in pace sepulta sunt, & nomen Eorum manebit in Generatione & Generatione; Sapientiam ipsorum narrant Populi, & laudem Eorum nuntiat Ecclesia. ℟. Amén.

HYMN. Rex gloriose Martyrum &c.

SUPPLICAT. Oremus. Redemptorem &c.

CAPIT. Omnipotens Deus, qui &c.

LAUDA. Vos estis vasa sancta &c.

BENEDICT. Christus Dominus, qui &c. Hæc & quæ desunt usque ad Officii hujus conclusionem, quære in præcedenti plurimorum Confessor. Officio.



XII.

INCIPIT OFFICIUM UNIUS VIRGINIS PRÆCIPUÆ.

AD VESPEROS.

Kyrie eléyson.

Christe eléyson.

Kyrie eléyson.

Pater Noster. Ave Maria.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu-Christi lumen cum Pace.

℟. Deo gratias.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Speravit Anima in Domino á custodia matutina usque ad noctem.

℣. Sustinuit Anima mea in verbo tuo Domine, fiant aures tuæ intendentes in orationem Ancillę tuæ.

p. Usque ad noctem.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

SONUS.

Alleluìa. Psallam Nomini tuo Deus in sęcula.

p. Ut reddam vota mea de die in diem. Alleluìa.

℣. Deduxisti me Domine, quia factus es fiducia mea, turris fortitudinis á facie Inimici, habitabo in Sanctuario tuo Deus in sæcula.

p. Ut reddam vota mea de die in diem. Alleluía.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA.

Ostende mihi faciem tuam Sion, & vox tua in auribus meis.

p. Dulcis est enìm mihi vox tua, & facies tua decóra.

℣. Audi Filia, & vide & inclina aurem tuam, & obliviscere Domum Patris tui.

℟. Dulcis est enim mihi vox tua, & facies tua decóra.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sęcula sæculorum. Amén.

℟. Dulcis est enìm mihi vox tua, & facies tua decóra.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Specie & pulchritudine tua intende prosperè, procede & regna. Alleluìa, Alleluía, Alleluìa.

℣. Propter veritatem, & mansuetudinem, & Justitiam, & deducet te mirabilitèr dextera tua.

℟. Intende prosperè, procede & regna. Alleluìa, Alleluía, Alleluía.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℟. Intende prosperè, procede & regna. Alleluìa, Alleluìa, Alleluìa.

HYMNUS.

Virginis proles, opifexque Matris,
Virgo quem gessit, peperitque Virgo,
Virginis festum canimus trophæum,
Accipe votum.

Hæc tua Virgo duplici beata
Sorte, dùm gessit fragilem domare
Corporis sexum, domuit cruentum
Corpore seclum.

Indè nec mortem, nec amica mortis
Sæva pęnarum genera pavescens,
Sanguine fusso meruit Sacratum
Scandere Cœlum.

Hujus obtentu, Deus Alme, nostris
Parce jàm Culpis, Vitia remittens
Quo tibi puri resonemus almum
Pectoris Hymnum.

Gloria Patri, Genitæque Proli,
Et tibi compar utriusque sempèr
Spiritus Alme, Deus Unus omni
Tempore secli. Amén.

SUPPLICATIO.

Pr. Oremus. Redemptorem Mundi Dominum Nostrum Jesum Christum

cum omni supplicatione rogemus, ut per Gratiam Ipsius, & per Intercessionem Intemeratæ Gloriosæ Beatissimæ Virginis MARIÆ Genitricis suæ, & Sanctę N. Virginis & Martyris, nobis salutem Animę & Corporis, & remissionem peccatorum & pacem propitius tribuere dignetur.

℟. Præsta Æterne Omnipotens Deus.

Pr. Kyrie eléyson. ℟. Christe eléyson. Kyrie eléyson.

CAPIT.

Pr. Domine Jesu Christe, qui Carnis Virginitatem servantibus fructum promittis sperare centessimum: Intercessu Virginis tuæ N. nostrorum solve vincula peccatorum, ut qui carnea fragilitate dejicimur, ejus patrocinio sublevemur.

Pr. Pater Noster qui es in Cœlis.

℟. Amén.

Pr. Sanctificetur Nomen tuum.

℟. Amén.

Pr. Adveniat Regnum tuum.

℟. Amén.

Pr. Fiat Voluntas tua sicut in Cœlo & in Terra. ℟. Amén.

Pr. Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè.

℟. Quia Deus es.

Pr. Et dimítte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus Debitoribus nostris. ℟. Amén.

Pr. Et ne nos inducas in tentatione.

℟. Sed libera nos á malo.

Pr. Liberati á malo, confirmati sempèr in bono tibi servire mereamur Deo ac Domino Nostro: Pone Domine finem peccatis nostris; Da gaudium Tribulatis; Præbe redemptionem Captivis; Sanitatem Infirmis, requiemque Defunctis: Concede pacem & securitatem in omnibus diebus nostris; Frange audaciam Inimicorum nostrorum; Exaudi Deus Orationes Servorum tuorum omnium fidelium Christianorum in hac die &

in omni tempore. Per Dominum Nostrum Jesum Christum Filium tuum qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia semper sæcula sæculorum.

℟. Amén.

P. Humiliate vos benedictioni.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

BENEDICTIO.

Pr. Dominus Jesus-Christus, qui Virginem suam Castam servavit pudore, Castitatis nos dono munificet. ℟. Amén.

Pr. Et qui illam subarravit sibi Anulo fidei, nos suæ connectat indissolubili charitati. ℟. Amén.

Pr. Ut Eam pro nobis apud se suffragatricem admittat, quam Ipse sibi incorrupto amore assumpsit Sponsam. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam ipsius Dei Nostri, qui est benedictus, & vivit & omnia regit in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Sicut Palma exaltata sum in gaudio, Alleluìa. Et sicut Oliva speciosa in campis, Allelluía. Sicut Vitis fructificavi suavitatem odoris. Alleluìa, Alleluìa, Alleluìa.

℣. Ego autèm sicut Oliva fructifera in Domo Domini sperabo, & in Misericordia Dei mei in æternum & in sęculum sæculi.

℟. Sicut Vitis fructificavi suavitatem odoris. Alleluìa, Alleluìa, Alleluìa.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sanctò in sæcula sęculorum. Amén.

℟. Alleluìa, Alleluía, Alleluia.

ORATIO.

Domine Jesu-Christe, qui Castimoniam diligis & Virginitatem amplecteris, Sancta Virgine tua N. intercedente pro nobis nostris ignosce piaculis, & nobis ità in pręsenti donum tribue Castitatis, ut læ-

lætemur in futuro cum Angelis Sanctis. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus & vivis & omnia regis in sęcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In nomine Domini Nostri Jesu Christi perficiamus cum pace. ℟. Deo gratias.

COMMEMORATIO.

Pr. Vesperè, Manè & Meridiè.

℟. Te laudamus Domine.

ORATIO.

Pr. Domine Deus Omnipotens, qui Vesperè, Manè & Meridiè unum diem vocari jussisti, & ut Sol agnosceret Occasum suum imperasti: Aperi quæsumus tenebras cordium nostrorum, ut te radiante cognoscamus te Deum verum & lumen æternum. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In Nomine Domini Nostri Jesu Christi perficiamus cum Pace.

℟. Deo gratias.

AD MATUTINUM VIRGINIS UNIUS PRÆCIPUÆ.

Kyrie eléyson.

Christe eléyson.

Kyrie eléyson.

Pater Noster. Ave Maria.

Pr. In Nomine Domini Nostri Jesu Christi lumen cum Pace.

℟. Deo gratias.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA.

Pr. Labia mea Domine aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.

Psalm. 50.

MIserere mei Deus * secundùm mag-

magnam Misericordiam tuam.

Et secundùm multitudinem miserationum tuarum * dele iniquitatem meam.

Usquequaque lava me Domine ab iniquitate mea, * & á peccato meo munda me.

Quoniàm iniquitates meas ego agnosco, * & peccatum meum contra me est sempèr.

Tibi soli peccavi & malum coram te feci, * ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm judicaris.

Eccè enìm in iniquitatibus conceptus sum, * & in delictis péperit me Mater mea.

Eccè enìm veritatem dilexisti: * Incerta & occulta Sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor * lavabis me, & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lętitiam, * & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam á peccatis meis, * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus, * & Spiritum rectum innova in visceribus meis.

Nè projicias me á facie tua, * & Spiritum Sanctum tuum nè auferas á me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui, * & Spiritu principali confirma me.

Doceam iniquos vias tuas, * & impii ad te convertentur.

Libera me de Sanguinibus Deus Deus salutis meæ, * & exultabit lingua mea Justitias tuas.

Domine labia mea aperies, * & os meum annunciabit laudem tuam.

Quoniàm si voluisses sacrificium dedissem utique, * holocaustis verò non delectaberis.

Sacrificium Deo Spiritus contribulatus, * Cor contritum & humiliatum Deus non spernit.

Benignè fac Domine in bona voluntate tuâ Sion, * ut ædificentur muri Jerusalem.

Tùnc acceptabis sacrificium Justitię, oblationes & holocausta, * tùnc impones super Altare tuum vitulos.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Reiteratur Antiphona.

Labia mea Domine aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

Pr. Exultent Domine labia nostra præconio veritatis, ut non resolvantur vaniloquio falsitatis: Sicque lingua nostra judicium veritatis loquatur, ut Christum tuum verum Judicem promptissima devotione laudet, atque ità præcepta tua assiduè in nostro corde versentur, ut gressus nostri ab insidiosis decipulis minimè supplantentur. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA I.

Dilectione æterna Dominus dilexit te, propterea attraxit te ad Misericordiam.

p. Adhùc ædificavit te Dominus Deus tuus Virgo Israel.

℣. Non det in commotionem pedem tuum, neque obdormiet qui custodit Israel.

p. Adhùc ædificavit te Dominus Deus tuus Virgo Israel.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

p. Adhùc ædificavit te Dominus Deus tuus Virgo Israel.

ORATIO.

Pr. Domine Jesu-Christe, qui & me-

meritis Beatissimam N. Virginem & Martyrem tuam dotare jussisti, ut te sequendo qui Justus es, particeps tuæ justitię efficeretur, nèc deficeret inquirendo donèc potiretur Martyrii prçmio: Præsta nobis ejus intercessione, ut sicut Illa pro tuo Nomine dimicavit & vicit, ità nos justitiæ sequaces effecti, pietatis tuæ intuitu justificari. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA II.

Una est Proxima mea, una est Columba mea.

p. Et macula non est in te.

℣. Per diem Sol non uret te, neque Luna per noctem.

p. Et macula non est in te.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

p. Et macula non est in te.

ORATIO.

Pr. Deus largitor divitiarum Cœlestium & mirabilis peractor munerum ęternorum, qui Beatissimam Virginem & Martyrem tuam N. in sæculo pauperem elegisti, sed pro te certando æternis opibus sublimasti: Paupertatem spiritus nos sequi sempèr attribue, per quam possimus tuæ Majestati per omnia complacére. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sęcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA III.

Veni Sponsa á Libano, veni á montibus Pascuę.

p. Curramus in odórem unguentorum tuorum.

℣.

℣. Non det in commotionem pedem tuum, nèc obdormiet qui custodit te.

℟. Curramus in odórem unguentorum tuorum.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℟. Curramus in odórem unguentorum tuorum.

ORATIO.

Pr. Christe Domine, qui sacris Virginibus tantam tribuis fortitudinem ut sæculum vincentes & carnem, pro te mori festinant: Intercessu Virginis & Martyris tuæ N. Palmam in nos tuæ Charitatis accende, ut nèc titillationes nos Carnis illiciant, nèc sęculi blandimenta decipiant. ℟. Amèn.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus & vivis & omnia regis in sęcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

RESPONSORIUM.

Gaude Filia Sion dicit Dominus: Spiritus meus qui est in te, & Verba mea quæ posui in Corde tuo, non recedant de ore tuo, nèc de ore seminis tui. ℟. Usque in sempiternum.

℣. Lauda Jerusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion.

℟. Usque in sempiternum.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sęcula sæculorum. Amén.

℟. Gaude Filia Sion dicit Dominus: Spiritus meus qui est in te, & Verba mea quæ posui in Corde tuo, non recedant de ore tuo, nèc de ore seminis tui usque in sèmpiternum.

ORATIO.

Pr. Domine Jesu Christe qui Castimoniam diligis, & Virginitatem amplecteris, Sancta Virgine tua N. intercedente pro nobis, nostris ig-

nosce

nosce piaculis, & nobis ità in præsenti donum tribue Castitatis, ut lætemur in futuro cum Angelis Sanctis. ℟. Amen.

IN LAUDIBUS
AD CANTICUM
ANTIPHONA.

Pr. Benedictus Dominus quia induit me vestimentum salutare, & indumentum jocunditatis circumdedit me, tamquàm Sponsam decoravit me Coronâ.

Canticum Esaiæ. Cap. 52. & 53.

GAudens gaudebo in Domino,* & exultabit Spiritus meus in Deo salutari meo.

Quia induit me vestimento salutis, * & indumento jocunditatis circumdedit me.

Quasi Sponsum decoratum Coronâ, * & quasi Sponsam ornatam monilibus suis.

Sicut enim terra profert germen suum, * & sicut Hortus semen suum germinat.

Sic Dominus Deus germinabit justitiam & laudem, * coram omnibus Gentibus.

Propter Sion non tacebo, * & propter Jerusalem non quiescam.

Donèc egrediatur sicut splendor Justus ejus, * & Salvator ejus ut facula accendatur.

Et videbunt Gentes Justum tuum, * & cuncti Reges Inclytum tuum.

Et vocabitur tibi nomen novum,* quod Os Domini nominabit.

Et eris Corona Gloriæ in manu Domini, * & Diadema Regni in manu Dei tui.

Non vocaberis ultrà derelicta, * & Terra tua non vocabitur ampliùs desolata.

Sed vocaberis Voluntas mea in ea, * & Terra tua inhabitabitur.

Habitabit enìm Juvenis cum Virgine, * & habitabunt in te Filii tui.

Sicut enim gaudet Sponsus super Sponsam suam, * sic gaudebit Dominus Deus tuus super te.

Super muros tuos Jerusalem constitui Custodes * tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt.

Qui reminiscimini Domini nè taceatis, & nè detis silentium donèc stabiliat, * & donèc ponat Jerusalem laudem in Terra.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Reiteratur Antiphona.

Benedictus Dominus quia induit me vestimentum salutare, & indumentum jocunditatis circumdedit me, tamquàm Sponsam decoravit me Coronâ.

AD BENEDICTUS.

ANTIPHONA.

Pr. Filia Sion benedic Domino Deo Excelso in omni benedictione & laude.

CANTICUM.

BEnedictus es Domine Deus Patrum nostrorum, * & laudabilis & gloriosus in sæcula.

Et benedictum nomen gloriæ tuæ, quod est Sanctum, * & laudabile & gloriosum in sæcula.

Benedictus es in Templo sancto honoris tui, & Firmamento Cœli, * & laudabilis & gloriosus in sæcula.

Benedicite omnia Opera Domini Domino, * Cœli, Angeli, & Aquę omnes quę estis supra Cœlos.

Omnes Virtutes, Sol & Luna, Imber & Ros, omnes Spiritus, * Ignis & Æstus, Noctes & Dies, Lux & Tenebræ.

Hyems & Æstus, Gelationes, * Fulgura & Nubes.

Terra, Montes & Colles, * & omnia nascentia de terra.

Mária & Flumina, Fontes, Cete, * & omnia quæ moventur in aquis.

Vo-

Volucres Cœli, Béstiæ & Jumenta, Filii hominum Israel, * Sacerdotes, Servi Domini, Spiritus & Animę Justorum, Sancti & humiles corde.

Ananía, Azaría, Missael Domino Hymnum dicite, * & superexaltate Eum in sæcula. Amén.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sęculorum. Amén.

Reiteratur Antiphona.

Filia Sion benedic Domino Deo Excelso in omni benedictione & laude.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

SONUS.

Dominus Deus Cœli benedicat tibi, hónor Regni dabitur in manu tua, & adorabunt coram te Filii multarum Gentium. Alleluìa.

℣. Audi Filia Sion quia exaltata es, & facies tua fulget in Templo Dei, Sol Justitiæ in ingressu tuo orietur, Alleluìa, Alleluìa.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Pr. Laudate Dominum de Cœlis, Alleluìa. Laudate Eum in Excelsis, Alleluìa.

Psalmus 148.

LAudate Dominum de Cœlis: * Laudate Eum in Excelsis.

Laudate Eum omnes Angeli ejus: * Laudate Eum omnes Virtutes ejus.

Laudate Eum Sol & Luna: * Laudate Eum omnes Stellę & Lumen.

Laudate Eum Cœli Cœlorum, * & aquæ omnes quę super Cœlos sunt laudent Nomen Domini.

Quia Ipse dixit & facta sunt, * Ipse mandavit & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in sęculum sæculi: * Præceptum posuit & non præteribit.

Lau-

Laudate Dominum de Terra, * Dracones & omnes Abyssi.

Ignis, Grando, Nix, Glacies, * Spiritus tempestatum qui facitis verbum ejus.

Montes & Colles, * Ligna fructifera, & omnes Cedri.

Béstiæ & universa pecora, * Serpentes & Volucres pennatæ.

Reges Terræ & omnes Populi, * Principes & omnes Judices Terræ.

Juvenes & Virgines, Senes cum Junioribus, * laudent Nomen Domini.

Quia exaltatum est Nomen ejus solius, * Confessio ejus super Cœlum & Terram.

Et exaltavit cornu Populi sui, Hymnus est omnibus Sanctis ejus, * Filiis Israel Populo appropinquanti sibi.

Psalmus 149. Alleluia.

CAntate Domino Canticum novum: * Laus ejus in Ecclesia Sanctorum.

Lętetur Israel in eo qui fecit ipsum, * & Filiæ Sion exultent super Regem suum.

Laudent Nomen ejus in Choro, * in Tympano & Psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in Populo suo, * & exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt Sancti in Gloria, * lętabuntur in cubilibus suis.

Exultationes Dei in faucibus eorum, * & gladius bis acutus in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in Nationibus, * increpationes in Populis.

Ad alligandos Reges eorum in compedibus, * & Nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conscriptum, * Gloria hæc est omnibus Sanctis ejus.

Psalmus 150, Alleluia.

LAudate Dominum in Sanctis ejus: *

ejus: * Laudate Eum in Firmamento Virtutis ejus.

Laudate Eum in Potentatibus ejus: * Laudate Eum secundùm multitudinem Magnitudinis ejus.

Laudate Eum in sono Tubę: * Laudate Eum in Psalterio & Cythara.

Laudate Eum in Tympano & Choro: * Laudate Eum in Chordis & Organo.

Laudate Eum in Cymbalis benesonantibus: * Laudate Eum in Cymbalis jubilationis: Omnis Spiritus laudet Dominum.

Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

Reiteratur Antiphona.

Laudate Dominum de Cœlis Alleluia: Laudate Eum in Excelsis Alleluía.

℣. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Lectio Libri Jeremiæ Prophetæ. Cap. 31.

℟. Deo gratias.

LOngè Dominus apparuit mihi & dixit: In Charitate perpetua dilexi te, ideò atraxi te miserans. Rursùm ædificabo te, & ędificaberis Virgo Israel: Adhùc ornaberis Tympanis tuis, & egredieris in Choro psallentium: Adhùc plantabis Vineam in montibus Samariæ. Plantabunt plantantes, & donèc tempus veniat non vindemiabunt: Quia erit dies in qua clamabunt Custodes in monte Ephraim: Surgite, ascendamus in Sion ad Dominum Deum Nostrum: Quia hæc dicit Dominus: Exultate in lætitia Jacob, & hinnîte contra Caput Gentium: Personate, cánite & dicite: Salva Populum tuum Domine Reliquias Israel. ℟. Amén.

HYMNUS.

VIrginis proles, opifexque Matris,

Virgo quem gessit, peperitque Virgo,
Virginis festum canimus trophæum,
Accipe votum.

Hæc tua Virgo duplici beata
Sorte, dùm gessit fragilem domare
Corporis sexum, domuit cruentum
Corpore seclum.

Indè nèc mortem, nèc amica mortis
Sæva pœnarum genera pavescens,
Sanguine fusso meruit Sacratum
Scandere Cœlum.

Hujus obtentu, Deus Alme, nostris
Parce jàm Culpis, Vitia remittens,
Quò tibi puri resonemus almum
Pectoris Hymnum.

Gloria Patri, Genitæque Proli,
Et tibi compar utriusque semper
Spiritus Alme, Deus Unus omni
Tempore secli. Amen.

SUPPLICATIO.

Pr. Oremus. Redemptorem Mundi Dominum Nostrum Jesum-Christum cum omni supplicatione rogemus, ut per Gratiam Ipsius, & per Intercessionem Intemeratæ Gloriosæ Beatissimæ Virginis MARIÆ Genitricis suæ, & Sanctę N. Virginis nobis salutem Animę & Corporis, & remissionem peccatorum & pacem propitius tribuere dignetur.

℟. Præsta Æterne Omnipotens Deus.

Pr. Kyrie eléyson. ℟. Christe eléyson. Kyrie eléyson.

CAPITULA.

Pr. Deus, qui Sanctos tuos unica dilectione complecteris & gemina ad te charitate tendentes, sæcularibus evellis ærumnis: Accipe Ecclesiæ tuæ votiva congratulatione obsequia, ut qui dilectione memores Virginis N. meritum prędicamus honorem, proficiente in nobis bonitatis augmento per charitatem Proximi tuæ quoque mereamur dilectioni connecti.

Pr. Pater Noster qui es in Cœlis.

℟. Amen.

Pr. Sanctificetur Nomen tuum.

℟. Amen.

Pr.

Pr. Adveniat Regnum tuum.

℟. Amén.

Pr. Fiat Voluntas tua sicut in Cœlo & in Terra. ℟. Amén.

Pr. Panem nostrum quotidianum da nobis hodiè.

℟. Quia Deus es.

Pr. Et dimítte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus Debitoribus nostris. ℟. Amén.

Pr. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos á malo.

Pr. Liberati á malo, confirmati sempèr in bono tibi servire mereamur Deo ac Domino Nostro: Pone Domine finem peccatis nostris; Da gaudium Tribulatis; Præbe redemptionem Captivis; Sanitatem Infirmis, requiemque Defunctis: Concede pacem & securitatem in omnibus diebus nostris; Frange audaciam Inimicorum tuorum; Exaudi Deus Orationes Servorum tuorum omnium fidelium Christianorum in hoc die & in omni tempore. Per Dominum Nostrum Jesum Christum Filium tuum qui tecum vivit & règnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sempèr sæcula sæculorum.

℟. Amén.

Pr. Humiliate vos benedictioni.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

BENEDICTIO.

Pr. Dominus Jesus Christus, qui Virginem suam N. Castam servavit pudóre, Castitatis nos dono munificet. ℟. Amén.

Pr. Et qui illam subarravit sibi Anulo fidei, nos suæ connéctat indissolubili charitati. ℟. Amén.

Pr. Ut Eam pro nobis apud se suffragatricem admittat, quam Ipse sibi incorrupto amore assumpsit Sponsam. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam ipsius Dei Nostri, qui est benedictus, & vi-

vivit & omnia regit in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℣. Et cum spiritu tuo.

Pr. In Nomine Domini Nostri Je- Christi perficiamus cum Pace.

℣. Deo gratias.

Fiat Commemoratio.

Pr. Ad annuntiandum manè Misericordiam.

℣. Et veritatem tuam per noctem.

ORATIO.


Pr. Manè Domine Oratio nostra perveniat ad te, quia suscepisti confractionem fragilitatis nostrę: Concede nobis diem istum jocundum, pacificum, sine scandalo, sine macula, sine ulla tentatione, ut advenièntes ad Vesperum te collaudemus Regem æternum. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus & vivis & omnia regis in sęcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℣. Et cum spiritu tuo.

Pr. Fidelium omnium Animæ Defunctorum per Misericordiam Dei sine fine requiescant in pace. ℟. Amén.



XIII.

INCIPIT OFFICIUM SIVE HISTORIA PLURIMARUM VIRGIN.

AD VESPEROS.

LAUDA.

Laudaverunt te Domine omnes Angeli tui, & Hymnum dixerunt, dùm perficeres fábricam Cœli: Tuus est dies, & tua est nox.

℟. Tu fecisti Solem & Lunam.

℣. Tu confirmasti in Virtute tua Mare, contribulasti Cápita Draconum super aquas.

℣.

℣. Te fecisti Solem & Lunam.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

SONUS.

Alleluía. Justitia plena est dextera tua: Lętetur mons Sion, & exultent Filiæ Judæ.

℣. Propter Judicia tua. Alleluìa, Alleluìa.

℣. Alleluìa. Magnus Dominus, & laudabilis valdè in Civitate Dei Nostri, in monte sancto ejus, dilatans exultationes universæ terræ.

℣. Propter Judicia tua. Alleluía, Alleluìa.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ANTIPHONA.

Eccè istę religiosæ fœminę patientes & castæ, curam domus suę gerentes.

℣. Nihil habentes, & omnia possidentes.

℣. Hæc est generatio quærentium Dominum, requirentium faciem Dei Jacob.

℣. Curam Domus suę gerentes.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℣. Nihil habentes, & omnia possidentes.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Filiæ tuę Jerusalem in latere surgent. Alleluìa.

℣. Tùnc videbis & afflues.

℣. Et dilatabitur cor tuum, Alleluìa, Alleluía, Alleluìa.

℣. Lauda Jerusalem Dominum, & collauda Deum tuum Sion.

℣. Tùnc videbis & afflues.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℣. Et dilatabitur cor tuum, Alleluìa, Alleluìa, Alleluìa.

HYMNUS.

JESU Corona Virginum,
Quem Mater illa concipit,
Quæ sola Virgo parturit,
Hęc vota clemens accipe.

Qui pascis inter lilia
Septus Choreis Virginum,
Sponsus decórus Gloria
Sponsisque reddens pręmia.

Quocumque pergis Virgines
Sequuntur, atque laudibus
Post te canentes cursitant,
Hymnosque dulces insonant.

Te deprecamur largiùs
Nostris adauge mentibus
Nescíre prorsùs omnia
Corruptionis vulnera.

Deo Patri sit Gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclyto
In sempiterna sæcula. Amén.

SUPPLICATIO.

Pr. Oremus. Redemptorem Mundi Dominum Nostrum Jesum Christum cum omni supplicatione rogemus, ut per Gratiam Ipsius, & per Intercessionem Intemeratæ, Gloriosæ semperque Virginis MARIÆ Genitricis ejus, & Sanctarum Virginum & Martyrum suarum N. N. nobis salutem Animæ & Corporis, & remissionem peccatorum, & pacem tribuere dignetur.

℟. Præsta Æterne Omnipotens Deus.

Pr. Kyrie eléyson. ℟. Christe eléyson. Kyrie eléyson.

CAPITULA.

Pr. Omnipotens sempiterne Deus, qui bonitate inenarrabili redimis omnia, interventu Sanctarum N. N. Virginum & Martyrum Orationi nostræ aurem tuę pietatis inclina, & contra invisibilis hostis amarissima tela tentationis, victricia nobis fidei porrige arma: Ut qui altitudinem cordis nostri ad excelsa Solii tui dirigimus, á conventu malignantium in hac humilitate terrarum veræ fidei protectione salvemur.

mur. Pater Noster, qui es in Cœlis &c. Liberati á malo &c. Ut in præcedenti Officio.

Pr. Humiliate vos benedictioni.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℣. Et cum spiritu tuo.

BENEDICTIO.

Pr. Dominus Jesus Christus, qui Virgines suas N. N. casto sibi servavit pudóre, Castitatis nos dono munificet. ℟. Amén.

Pr. Et qui illas subarravit sibi Anulo fidei, nos suæ connectat indissolubili charitati. ℟. Amén.

Pr. Ut Eas pro nobis apud se suffragatrices admittat, quas sibi indisrupto amore assumpsit Sponsas. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam ipsius Dei Nostri, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

LAUDA.

Exaltatæ sunt Filiæ Jerusalem.

p. Et processerunt in Gloria, Alleluìa, Alleluìa.

℣. Lętetur mons Sion, exultent Filiæ Judæ propter judicia tua Domine.

p. Et processerunt in Gloria, Alleluìa, Alleluía.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sęculorum. Amén.

p. Et processerunt in Gloria, Allęluìa, Alleluìa.

ORATIO.

Pr. Adesto Domine tibi supplicantibus, & invocantibus Nomen Sanctum tuum placatus intende, atque interventu Sanctarum Virginum N. N. erectos nos ac redemptos in sæculo gaudére concede, ut Calicis permixtione, cujus nos fusione redemptos fatemur, ipsius transformatione ab hac ignobilitate ad ęternam Gloriam perducamur.

℟. Amén.

Pr.

Pr. Per Misericordiam tuam &c.

Hæc & quę sequantur usque ad conclusionem, quære suprà in Vesper. unius Virginis præcipuę.

AD MATUTINUM.

ANTIPHONA. Da nobis lętitiam &c.

PSALMUS. Miserere mei Deus &c.

ORATIO. Redde nobis Domine &c.

Quęre retrò in Officio plurimorum Confessorum. Folio 143.

ANTIPHONA I.

Ut Columbę mansuetę plaudebant sibi alis suis; Et gloriabantur in itinere suo.

p. Populus autèm gaudebat gaudio magno in lętitia earum.

v. Lętetur mons Sion, & exultent Filię Judę propter judicia tua Domine.

p. Et gloriabantur in itinere suo.

ỳ. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

p. Populus autèm gaudebat gaudio magno in lętitia earum.

ORATIO.

Pr. Gloriose Rex Christe, cui Virginitas florida nitet dùm sanctitate perspicuos clarificas, & Virgines beatitudine claritatis glorificas dùm Virgines te sequuntur, tibique gloriosè Martyrio conjunguntur: Te supplices deprecamur, ut pietatis tuę medelam impertias criminibus omnium quorum non debetur gloria meritorum, ut quibus dignitas non est ex merito, ex indulgentia pietatis Virginum dona.

℞. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℞. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

AN-

ANTIPHONA II.

Offerentur Regi Virgines post Eam; Proximę ejus adducentur nobis in lętitia & exultatione.

℣. Memores erunt nominis tui Domine in omni Progenie & Generatione.

℟. Proximæ ejus adducentur nobis in lætitia & exultatione.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℟. Proximæ ejus adducentur nobis in lætitia & exultatione.

ORATIO.

Pr. Virga æquitatis virga Regni tui Domine, Ipsa nos corrigat, á plagaque eruat, atque eandem correctionem & ingerat pœna, & instruat disciplina: Sit ergò nobis hæc Virginitas non perditio sed doctrina, fac & nos diligere justitiam, & odíre iniquitatem, ac post speciem tuam pulchritudinemque currentes, deducat nos mirabilitèr Dextera tuá, & mortificato in nobis incentivę libidinis ardóre, accinge lumbos nostros custodia castitatis. ℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sęcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cùm spiritu tuo.

ANTIPHONA III.

Omnis gloria Filiæ Regis ab intùs, Virgines sequuntur Eum.

℟. Ducentur in lætitia & exultatione, ducentur in Templum Regis.

℣. Pro Patribus tuis nati sunt tibi Filii, constitues Eos Principes super omnem Terram.

℟. Ducentur in lętitia & exultatione, ducentur in Templum Regis.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sæcula sæculorum. Amén.

℣. Ducentur in lætitia & exultatione, ducentur in Templum Regis.

ORATIO.

Pr. Deus cujus sedes manet in sęculum sæculi, fulgeat Ecclesia tua varietate Virtutum, Sceptrum tuum perornetur disciplina Officiorum, quodque ejus ornamentis affigitur, separari ab ea nullatenùs patiaris.

℟. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Noster, qui es benedictus, & vivis & omnia regis in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

RESPONSORIUM.

Simile est Regnum Cœlorum decem Virginibus, quæ accipientes Lampades suas exierunt Sponso obviam.

℣. Et quę paratæ erant intraverunt cum Eo ad Nuptias, & clausa est janua.

℣. Media autèm nocte clamor factus est, ecce Sponsus venit, exîte obviam Ei.

℣. Et quæ paratę erant intraverunt cum Eo ad Nuptias, & clausa est janua.

℣. Gloria & Hónor Patri, & Filio & Spiritui Sancto in sęcula sæculorum. Amén.

Simile est Regnum Cœlorum decem Virginibus, quę accipientes Lampades suas exierunt Sponso obviam; Et quæ paratæ erant intraverunt cum Eo ad Nuptias, & clausa est janua.

ORATIO.

Pr. Adesto Domine tibi supplicantibus &c. Ut in Vesperis hujus Officii.

IN LAUDIBUS.

AD CANTICUM.

ANTIPHONA.

Pr. Diligentes te Domine sicut Sol in ortu suo resplendens ità rutilent.

CAN-

CANTICUM.

Qui sponte obtulistis de Israel &c. Quære in Officio plurimorum Confessor. Fol. 146.

AD BENEDICTUS.

ANTIPHONA. Benedicamus te Domine, qui sedes super Cherubim Rex Israel.

CANTICUM.

Pr. Benedictus es Domine Deus Patrum nostrorum &c. Ut in Officio plurimorum Confessorum, & unius Virginis præcipuę.

SONUS.

Alleluía. Justitia plena est dextera tua &c. Quære in Vesperis Officii hujus.

LAUDA.

Pr. Laudate Dominum de Cœlis Alleluìa: Laudate Eum in Excelsis Alleluìa.

PSALMUS. Laudate Dominum de Cœlis &c.

PSALMUS. Cantate Domino Canticum &c.

PSALMUS. Laudate Dominum in Sanctis &c.

Require in Officio unius Virginis præcipuę.

Lectio Libri Ecclesiastici.

Cap. 39.

℟. Deo gratias.

AUdite me Divini fructus, & quasi Rosa plantata super rivum aquarum fructificate; Quasi libanus odórem suavitatis habéte; Floréte flores quasi lilium, date odórem, & frondéte in gratiam, & collaudate Canticum, & benedicite Dominum in Operibus suis. Date nomini ejus magnificentiam, & confitemini illi in voce labiorum vestrorum, in Canticis labiorum & Cytharis; Et sic dicétis in Confessione: Opera Domini universa valdé bona. Amén.

HYM-

HYMNUS. Jesu Corona Virginum &c.

SUPPLICATIO. Oremus. Redemptorem &c. Ut in Vesperis hujus Officii.

Pr. CAPITULA. Deus cujus eloquia sunt casta, & Judicia recta, tribue nobis intercessione Sanctarum Virginum & Martyrum tuarum N. N. casto ore verba tua depromere, & corde purissimo judiciorum tuorum mandata servare: Ut in te lætetur copia Redemptorum qui es Corona Justorum, tibi decantemus Psalmum lętitiæ, cujus munere perveniamus ad fructum justitiæ.

Pr. Pater Noster qui es in Cœlis.

℞. Amén.

Pr. Sanctificetur Nomen tuum &c.

Ut in Officio unius Virg. præcipuę.

LAUDA.

Exaltatæ sunt Filiæ &c. Ut in Vesper. hujus Officii.

BENEDICTIO.

Pr. Dominus Noster Jesus Christus, qui Virgines & Martyres suas &c. Ut in eodem.

Pr. Per Misericordiam &c.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

Pr. In Nomine Domini Nostri Jesu-Christi perficiamus cum Pace.

℞. Deo gratias.

COMMEMORATIO.

Pr. Ad annuntiandum manè Misericordiam tuám.

℞. Et veritatem tuam per noctem.

ORATIO.

Pr. Manè Domine Oratio nostra perveniat ad te, quia suscepisti confractionem fragilitatis nostrę: Concede nobis diem istum jocundum, pacificum, sine scandalo, sine macula, sine ulla tentatione, ut advenientes ad Vesperum te collaudemus Regem æternum. ℞. Amén.

Pr. Per Misericordiam tuam Deus Nos-

Noster, qui es benedictus & vivis & omnia regis in sęcula sæculorum. ℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In Nomine Domini Nostri Jesu Christi perficiamus cum Pace.

℟. Deo gratias.

Pr. Et Fidelium omnium Defunctorum Animæ per Misericordiam Dei sine fine requiescant in pace. ℟. Amén.



ANTIPHONÆ ET ORATIONES POST OFFICIUM DIVINUM SECUNDUM TEMPUS DICENDÆ.

POST COMPLETORIUM SINE CANTU.

CHORUS.

SAlve Regina Mater Misericordiæ, Vita, Dulcedo & Spes nostra, salve: Ad Te clamamus exules Filii Hevæ: Ad Te suspiramus gementes & flentes in lachrymarum Valle.

Eía ergò Advocata nostra illos Tuos misericordes oculos ad nos converte: Et Jesum benedictum Fructum Ventris Tui nobis post hoc exilium ostende. ¡O Clemens! ¡O Pia! ¡O Dulcis sempèr Virgo MARÍA!

Pr. Ora pro nobis Sancta Dei-Genitrix.

℞. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

ORATÍO.

Pr. VIrgo Israel, quæ utique Mater videntis intelligeris, adorna Tympana tua, id est Membra Ecclesiæ tuæ, ut te habeamus Patronam in sæculo quam Beatam Reginam credimus permanére in futuro; Et prospicientes te lumen credulitatis nostræ sine dubio esse, te interpellante favorem Beatitudinis mereamur firmissimè obtinére. Per Christum Dominum Nostrum. ℞. Amén.

ANTE MATUTINUM

Debent sempèr dici sub silentio, flexisque genibus hæc quæ sequuntur.

Kyrie eléyson.

Christe eléyson.

Kyrie eléyson.

Pater Noster. Ave Maria.

AVE Regina Cœlorum,
Ave Domina Angelorum:
Salve Radix, salve Porta,
Ex qua Mundo Lux est orta.
Gaude Virgo Gloriosa,
Super omnes speciosa:
Vale ó valdè decóra,
Et pro nobis Christum exora.

℣. Post Partum Virgo inviolata permansisti.


℞. Dei-Genitrix intercede pro nobis.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

ORATIO
SINE OREMUS.

Pr. GRatiam plenam habére te credimus Virgo Christi Genitrix, & humani Generis amatrix & reparatrix Gloriosa MARIA, quæ tanta nobis gaudia pariendo contulisti, ut Fructus Ventris tui qui est Christus Filius tuus, á dominio in nos sævientis eriperet Inimici, & in Regno consortes faceretsibimetipsi. Proindè te quæsumus teque rogamus, ut adsis Patrona nobis, & merito tuo nos Filius tuus á delicto exules reddat, & pòst in Regno suo perennitèr habitaturos introducat. Per Christum Dominum Nostrum. ℟. Amén.





ORATIONES
DICENDÆ IN FINE HORARUM MINORUM
PER TOTUM ANNUM.

Post Nonam.

Pr. SAlve Regina Mater &c. Ut suprà.

Pr. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Pr. Dignare Domine die isto.

℟. Sine peccato nos custodíre.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ORATIONES SINE OREMUS.

Pr. COncede nos Famulos tuos quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudére, & Gloriosæ Beatæ MARIÆ sempèr Virginis intercessione á præ-

præsenti liberari tristitia, & æternâ perfrui lætitiâ.

Deus, qui inter Apostolicos Sacerdotes Famulum tuum Franciscum Presbyterum Cardinalem Pontificali fecisti dignitate vigere, presta quesumus ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio.

Exaudi quæsumus Domine supplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis, ut paritèr nobis indulgentiam tribuas placatus & pacem. Per Christum Dominum Nostrum. ℟. Amen.

ANTIPHONÆ ET ORATIONES PRO TEMPORE DICENDÆ POST LAUDES.

— Ab Adventu usque ad Nativitatem.

ANTIPHONA.

ALma Redemptoris Mater, quæ pérvia Cœli Porta manes & Stella Maris, succurre cadenti surgere qui curat Populo, Tu quæ genuisti Natura mirante Tuum Sanctum Genitorem: Virgo priùs ac posteriùs Gabriëlis ab ore sumens illud Ave, Peccatorum miserere.

℣. Angelus Domini nuntiavit MARIÆ.

℟. Et concepit de Spiritu Sancto.


ORATIO SINE OREMUS.

Pr. GRatiam tuam quæsumus Domine mentibus nostris infunde, ut qui Angelo nuntiante Christi Filii tui Incarnationem cognovimus, per Passionem ejus & Crucem ad resurrectionis Gloriam perducamur.

Deus qui inter Apostolicos Sacerdotes Famulum tuum Franciscum Presbyterum Cardinalem Pontificali fecisti dignitate vigere, presta quæsumus ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio.

Exaudi quæsumus Domine supplicum preces, & confitentium tibi par-

parce peccatis, ut paritèr nobis indulgentiam tribuas placatus & pacem. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amén.



A NATIVITATE USQUE AD PURIFICATIONEM.

Aña. ECCE MARIA genuit nobis Salvatorem, quem Joannes videns exclamavit dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

Pr. ℣. Post Partum Virgo inviolata permansisti.

℟. Dei-Genitrix intercede pro nobis.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.


℟. Et cum spiritu tuo.

ORATIONES SINE OREMUS.

Pr. GRatiam tuam quæsumus Domine mentibus nostris infunde, ut qui Angelo nuntiante Christi Filii tui Incarnationem cognovimus, per Passionem Ejus & Crucem ad Resurrectionis Gloriam perducamur.

Deus qui inter Apostolicos Sacerdotes Famulum tuum Franciscum Presbyterum Cardinalem Pontificali fecisti dignitate vigere, præsta quæsumus ut Eorum quoque perpetuo aggregetur consortio.

Exaudi quæsumus Domine supplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis, ut paritèr nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem. Per Christum Dominum Nostrum. ℟. Amén.



A PURIFICATIONE USQUE AD RESURRECTIONEM.

Aña. SUB Tuum præsidium confugimus Sancta Dei-Genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed á periculis cunctis li-

libera nos sempèr Virgo gloriosa & benedicta.

Pr. ℣. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.


℟. Et cum spiritu tuo.

ORATIONES
SINE OREMUS.

Pr. Concede nos Famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & Corporis sanitate gaudére, & gloriosa Beatę MARIÆ sempèr Virginis intercessione á præsenti liberari tristitia, & æternâ perfrui lætitiâ.

Deus qui inter Apostolicos Sacerdotes Famulum tuum Franciscum Presbyterum Cardinalem Pontificali fecisti dignitate vigere, prçsta quæsumus ut Eorum quoque perpetuo aggregetur consortio.

Exaudi quęsumus Domine supplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis, ut paritèr nobis indulgentiam tribuas placatus & pacem. Per Christum Dominum Nostrum. ℟. Amén.



A RESURRECTIONE
USQUE AD MATUTINUM SANCTISSIMÆ TRINITATIS.

Aña. REgina Cœli lætare: Alleluìa. Quia quem meruisti portare: Alleluìa. Resurrexit sicut dixit: Alleluìa. Ora pro nobis Deum: Alleluía.

Pr. ℣. Gaude & lætare Virgo MARIA Alleluìa.

℟. Quia surrexit Dominus verè Alleluìa.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ORATIONES
SINE OREMUS.

Pr. DEUS qui per Resurrectionem Filii tui Domini Nostri Jesu-Chris-

Christi mundum lętificare dignatus es: Prẹsta quæsumus ut per Ejus Genitricem Virginem MARIAM perpetuæ capiamus gaudia vitæ.

Deus, qui inter Apostolicos Sacerdotes Famulum tuum Franciscum Presbyterum Cardinalem Pontificali fecisti dignitate vigere, præsta quęsumus ut Eorūm quoque perpetuo aggregetur consortio.

Exaudi quæsumus Domine supplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis, ut pariter nobis indulgentiam tribuas placatus & pacem. Per Christum Dominum Nostrum. ℟. Amén.

RESPONSORIA
QUÆ PERACTA MISSA
DEBENT DICI PER TOTUM ANNUM,

EXCEPTIS

Diebus Dominicis, Festívis, ac majori Hebdomada

PRO VENERABILI

EXC^MO^. CARD. XIMENIO

SACRI RITUS GOTHICI INSTAURATORE,

Atque percelebris Cappellæ Mozárabicæ Fundatore munificentissimo.

FERIA SECUNDA ET QUINTA DICITUR SEQUENS RESPONSORIUM.

Chor. SUrgam & ibo ad Patrem meum, & dicam Illi: Pater peccavi Tibi, indulge mihi.

Pr. Dùm adhùc longè esset vidit Eum Pater ejus, & Misericordia motus cécidit super Collum ejus, dixitque Illi Filius.

Chor. Pater peccavi Tibi, indulge mihi.

SUPPLICATIO.

Pr. ORemus. Pium & exaudibilem Dominum Nostrum Jesum-Christum cum omni supplicatione rogemus, ut Spiritum & Animam Famuli sui Francisci Presbyteri Cardinalis, & Animas Defunctorum suorum in locum Lucis inter agmina Beatorum propitius collocare dignetur.

Chor. Præsta Æterne Omnipotens Deus.

Pr. Kyrie eléyson.

Chor. Christe eléyson, Kyrie eléyson.

Pr. Pater Noster. Secretò.

ORATIO

SINE OREMUS.

Pr. TIbi Domine commendamus Animam Famuli tui Francisci Presbyteri Cardinalis, & Animas Defunctorum suorum, ut defuncti sæculo tibi vivant, & quæ per fragilitatem mundanæ conversationis peccata commiserunt: Tu venia misericordissimæ Pietatis absterge. Per Christum Dominum Nostrum.

℟. Amén.

Pr. Dominus sit semper vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In Nomine Domini Nostri Jesu-Christi Anima ejus, & omnium Fidelium Defunctorum per Misericordiam Dei sine fine requiescant in Pace. ℟. Amén.



FERIA TERTIA ET SEXTA

DICITUR SEQUENS

RESPONSORIUM.

Chor. SCio Domine quia nihil in terra sine causa; Quia Homo nascitur ad laborem ut Avis ad volandum.

Pr. Ego verò deprecabor Dominum, & ad Deum ponam eloquium meum.

℟. Quia Homo nascitur ad laborem ut Avis ad volandum.

SUP-

SUPPLICATIO.

Pr. ORemus. Pium & exaudibilem Dominum Nostrum Jesum-Christum cum omni supplicatione rogemus, ut Spiritum & Animam Famuli sui Francisci Presbyteri Cardinalis, & Animas Defunctorum suorum in locum Lucis inter Agmina Beatorum propitius collocare dignetur.

Chor. Præsta Æterne Omnipotens Deus.

Pr. Kyrie eléyson.

Chor. Christe eléyson. Kyrie eleyson.

Pr. Pater Noster &c. Sub silentio.

ORATIO
SINE OREMUS.


Pr. TIBI Domine commendamus Animam Famuli tui Francisci Presbyteri Cardinalis, & Animas Defunctorum suorum, ut defuncti sæculo tibi vivant, & quæ per fragilitatem mundanæ conversationis peccata commisérunt, tu venia Misericordissimæ Pietatis absterge. Per Christum Dominum Nostrum.

℟. Amén.

Pr. Dominus sit sempèr vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Pr. In Nomine Domini Nostri Jesu Christi Anima ejus, & omnium Fidelium Defunctorum per Misericordiam Dei sine fine requiescant in pace. ℟. Amén.



FERIA QUARTA
ET SABBATO
RESPONSORIUM.

Chor. PEccantem me quotidiè, & non me pœnitentem timor mortis conturbat me, quia in Inferno nulla est redemptio, miserere mei Deus & salva me.

Pr. Deus in nomine tuo salvum me fac, & in Virtute tua libera me.

Chor. Quia in Inferno nulla est redemptio, miserere mei Deus & salva me.

SUPPLICATIO.

Pr. PIUM & exaudibilem Dominum Nostrum Jesum Christum cum omni supplicatione rogemus, ut Spiritum & Animam Famuli sui Francisci Presbyteri Cardinalis, & Animas Defunctorum suorum in locum Lucis inter Agmina Beatorum suorum propitius collocare dignetur.

Chor. Præsta Æterne Omnipotens Deus.

Pr. Kyrie eléyson.

Chor. Christe eléyson. Kyrie eléyson.

Pr. Pater Noster &c. Secreto.

ORATIO SINE OREMUS.

Pr. TIBI Domine commendamus Animam Famuli tui Francisci Presbyteri Cardinalis, & Animas Defunctorum suorum, ut defuncti sæculo tibi vivant, & quæ per fragilitatem mundanæ conversationis peccata commisérunt, tu venia Misericordissimæ Pietatis absterge. Per Christum Dominum Nostrum.

℟. Amén.

Pr. In Nomine Domini Nostri Jesu Christi Anima ejus, & omnium Fidelium Defunctorum per Misericordiam Dei sine fine requiescant in pace.

℟. Amén.





